ieſus hieroſolymam cũ diſcipulis in paſchate iudeoz et intrans in templũ. i. in porticibus templi facto flagello de funiculis omnes eiecit de tẽplo ementes ⁊ vendentes in deteſtationẽ ſacrilegij ⁊ irreuerentie erga eccleſias ⁊ ſymoniacorũ. qui figurant ꝑ emptores ⁊ venditores. j. q. j. Et mercatorum iniuſtoz. di. lxxxviij. Eijciens. et. c. qñ. Petentibus aũt iudeis ſignũ ad declaranduz in cuius poteſtate hec faceret. Rñdit. Soluite templum hoc et in triduo excitabo illud. loquens de templo corporis ſui. Soluite. i. ſoluetis mortẽ inferendo. Excitabo. i. reſuſcitabo. Qđ iudei intelgentes de templo ſalomonis dixerũt. quadraginta ⁊ ſex annis edificatũ eſt templũ iſtud. et loquebant nõ de edificio eius facto ꝑ ſalomonẽ q̃ illõ completum fuit in. xj. annis ꝑ de reedificato ꝑ neemiam ⁊ zorobabel poſt captiuitatẽ babilonicaz ſub dario ſecundo. ¶ Veniente aũt nichodemo phariſeo et legiſdoctore diſcipulo occulto chriſti ad eũ nocte ⁊ dicente. Scim⁹ q̃ a deo veniſti magiſter. nemo eñ poteſt hec ſigna facere que tu facis niſi fuerit deus cũ illo. Ex quibus verbis oſtendit hoc cõtigiſſe poſt plura miracula facta a xp̃o et diuulgata. Rñdit xp̃s. Amen dico vobis. niſi q̃s natus fuerit denuo nõ põt videre regnũ dei. Declarans ipſe ſcdam natiuitatẽ eſſe ſpũalem. ſ. que fit ꝑ fidem. in baptiſmo actu vel ꝓpoſito: q̃ non poteſt eſſe ante primã natiuitatem carnalem ex vtero matris. de ꝓſe. di. iij. ¶ Qui in maternis: vbi etiã in ſequentibus oſtendit ⁊ neceſſitatẽ baptiſmi ⁊ pſonam diſtinctam ſpũſancti qui ſpirat vbi vult. ⁊ aſcenſionem in celum ⁊ figurã paſſionis. ⁊ vtilitatẽ in ſerpẽte eneo: q̃ ſicut moyſes ⁊c Adijciens. ſ. immenſitatem diuini amoris ad noſ quia ſic deus dilexit mundum vt filium ſuũ vnigenitum daret. ¶ Exide altera vice veniẽte xp̃o in iudeam ⁊ ibi manente cum baptizaret nõ ꝑ ſe ipm inquit iohannes. ſed ꝑ diſciplos ſuos. facta eſt emulatio quedam ⁊ zelus indiſcretus diſcipulox Johannis contra chriſtũ. eo q̃ augebat quotidie magis fama ſanctitatis et miraculorũ chriſti: et diſcipulox ſuox numerus augebat. vñ diſcipuli ipſius iohannis accedentes ad eum dixerunt. Rabi qui erat tecum trans iordanem cui teſtimoniũ phibuiſti hic baptizat: ⁊ omnes veniũt ad eum. Quibus iohannes ad illuminandũ eos ⁊ tollendũ zelum eox dixit. Non poteſt homo accipe quicq̃. ſ. licite ad aliquod miniſteriũ ⁊ vltra cõem legem: niſi fuerit ei datum de celo. Ipſi vos ſcitis q̃ dixi vobis. Non ſum ego chriſtus. ſcz vt vos putatis: ſed q̃ miſſus ſum in teſtimoniuz añ illum. ſ. chriſtũ de quo loquimini. Qui hz ſponſã ſcz eccleſiã. ipſe ſponſus eſt vicz chriſtus iſte. ego aũt amicus ſponſi gaudeo non contriſtor de fama eius. illum. n. oportet creſcere: ſcz in fama vt cognoſcat ⁊ adoret vt deus: me aũt minui vt ſciatur ſcilicet q̃ non ſum chriſtus ſed ſeruus ⁊ amicus eius. Qui de terra eſt de terra loquit. qui de celo venit ſup omnes eſt. non enim dat ad menſuram deus ſpũm. Qui credit in filiũ habet vitam eternam: qui incredulus eſt filio nõ videbit vitã. hec baptiſta. ¶ Relinquente aũt ieſu iudeã ⁊ eũte in aliam ꝓuinciam. ſ. galileam oportuit eũ trãſire ꝑ ꝓuinciam mediam inter illas. ſ. ꝑ ſamariam et itinerando venit ꝓpe ciuitatẽ ſichar que olim dicta eſt ſichen iuxta prediũ iacob. Et fatigatus ieſus ex itinere ſedebat ſup fontem qui ibi erat expectans diſcipulos q̃ iuerant in ciuitatẽ ad emendum cibos quia hora erat quaſi ſexta. Tũc venit quedam mulier ſamaritana haurire aquã. a q̃ cũ chriſtus poſtulaſſet ad bibendũ de aq̃. Rñdit illa iudeos (qualẽ ex habitu eſſe cognouit) nõ ꝓuerſationem habere cũ ſamaritanis. Sicq̃ poſt longam diſputationẽ mulier illa laſciua que poſt q̃n q̃ maritos in cõcubinatu manebat ꝓuerſa audito q̃ ipſe eſſet meſſias. currens ad ciuitatẽ nunciauit omnibus vt venirent ad videndũ eũ. Interea diſcipuli reuerſi cum cibis cũ ſollicitarent eum ad prandũ. rñdit ſe habere cibũ aliũ ad manducandũ. loquens de cibo ſpũalis refectionis quez habebat ex ꝓuerſione populi illius ciuitatis q̃ cõfluebat ad eũ videndũ ⁊ audiendũ: et manẽte cũ illis duobus diebus ad preces eox: multoplures crediderunt in eũ vt mũdi ſaluatorẽ. Figurat autem iſta fatigatio ieſu ex itinere aſſumptionẽ carnis paſſibilis a verbo. in via incarnatus: ſeſſio ſuper fontem. hora ſexta et reqetio eius in virgine: ſexta mundi etate. mulier illa ſignat vel naturaz humanã vel eccleſiam collectã ex gentib⁹. q̃ poſt

vsum legitimū quinq; sensuū cū puenit ad vsum rationis adherebat fornicando erroribus varijs diabolo. Sed sitiens naturaliter verū et summū bonū: audiendo doctrinam christi cōuersa est ad xp̄m. ¶Qui cum cōuersis manet duob⁹ diebus. i. in operibus dilectionis dei et p̄rimi. ¶Deinde rogatus a regulo p̄ filio infirmo ad mortez ex febribus. vt accederet ad domum vbi iacebat infirmus scz capharnaū non accessit. vt ꝑpenderet q̄ absens eum curare poterat qđ ille nō credebat: z vt doceret q̄ in necessitatib⁹ magis debem⁹ aspicere ad naturā q̄ ad fortunā. ¶Et ideo ad seruum centurionis se obtulit eundē nō rogatus: ad filium reguli renuit accedere etiaz importune obsecratus vt ait Greg. ¶Demū dicētes. sibi iesu. Vade filius tuus viuit eadē hora vt cōparit a seruus sanatus est filius. s. hora septima. qz scz per septē dona spiritussancti sanaꝫ aīa a febre peccati: qđ procedit ex inordinato calore appetitus. ¶Cum aūt appropinquaret dies festus iudeoꝝ: xp̄s ascēdens hierosolymā intrauit porticus cuiusdā piscine q̄ ibi erat: qui porticus quinq; erant. vbi iacebant diuersis languorib⁹ detenti. expectantes aque motū illius piscine. q̄ fiebat tpe incerto per angelū domini. post quē motuz qui primus infirmus intrabat in piscinā sanabaꝫ. iesus aūt videns quendā cōtractum. xxxviij. annos habens in huius infirmitate ibi iacentē sanauit: dicens. Surge tolle grabatuz tuū et vade. Super quo iudei scandalizati sunt videntes illuz die sabbati ferre grabatū. postea xp̄s cum in templo reperiens dixit. Noli amplius peccare ne deterius tibi cōtingat. vbi ostendiꝫ infirmitates ex peccatis p̄cedere. vt extra de pe. et re. cū infirmitas. qđ tamē nō semp accidit. ¶Q; aūt aqua haberet virtutē sanandi partim fuit ex ministerio angeli. ptim virtute ligni crucis fiende ibi absconditi a salomone. q đ postea enatauit ꝼm cōmestorē. partim ex figura baptismi ī quē descendēs vnus sanatur scz in vnitate fidei z dilectōis manens. ¶Quinq; porticꝰ signāt legē mosaicam in quinq; libris q̄ peccata ostendebat sed nō sanabat. ¶Exinde multa christus dixit iudeis cōtra incredulitatē eoꝝ z de sua diuitate: z q̄ pater operaꝫ vsq; modo. s. opera gubernatōis mundi. et ip̄e cum eo scz ꝼm deitatē. et q̄ pater dedit ei potestatē suscitandi mortuos et iudicandi. ¶Et q̄ venit hora in qua oēs qui sunt in monumentis audient vocē filꝫ dei. ¶Et qui audierint viuent. ¶Et p̄cedent q̄ bona fecerūt in resurrectionē vite: qui vero mala in resurrectionē iudicij. ¶Et q̄ Johannes baptista testimoniū phibuerat de eo qui erat lucerna ardens z lucens. in cuius luce voluerant ad horā exultare. scz repugnantes eum xp̄m. ¶Et q̄ testimoniū habebat maiꝰ iohanne. ¶Et q̄ scrutarenꝫ scripturas quia ip̄e testimoniū phibent de eo. Sed nō poterant credere: q; gloriā hominū nō dei querebāt. et eum venientē in noīe dei patris nō receperint: scz credēdo. alius veniret in noīe suo. scz antixp̄s: et illum sucipient. s. vt messiam p̄missum.

¶De vocatione et missione apostoloꝝ. §.X.

vbi sciendū q̄ apostoli fuerunt a xp̄o tervocati. primo ad aliqualē noticiā eius. de qua vocatione habeꝫ Joh. j. secūdo. ad familiaritatē. quādo ad verbū xp̄i iactantes rhete cōprenderunt tot pisces q̄ impleuerūt ambas nauiculas: tunc secuti sunt eū. tercio ad discipulatum eius. z hoc qñ ambulans iuxta mare galilee vidit petrū et andreā piscantes z vocauit eos: dicens. Venite post me: faciaz vos fieri piscatores hominū. ¶Postea similiter vocauit eadē die iacobum et iohannē qui erāt cum zebedeo patre eoꝝ reficientes rhetia: et secuti sunt eum. ¶Et hoc quo ad petrū andreā iacobū z iohannē. Nam de philippo et matheo specialiter habeꝫ vocatio eoruz. De alijs apostolis quādo vel quō: nō habetur in ꝑticulari de vocatōe eoꝝ. Sed de illis. xij. facto eis sermone in monte de quo supra z deputatione ad apostolatū z missione ad p̄dicandum z faciendū miracula seruanda p̄ eos quo ad austeritatem et paupertatē: p̄cipue narrant Mattheus marcus z lucas. ¶Et marcus quidē dicit q̄ xp̄s ascendēs in montē vocauit ad se quos voluit et fecit vt essent duodecim cū illo. et vt mitteret eos p̄dicare. ¶Et ponit noīa. xij. apostoloꝝ sicut z alij euangeliste. s. Symonē cui imposuit nomen petrus. Johannē z iacobū filios zebedei quos vocauit boarges qđ interpretaꝫ filius tonitrui. Andream fratrē petri. Philippū z bartholomeū. matheuz thomā z iacobū alphei. i. minorē. Thatheum q̄ etiā dr iudas. Symonē chananeū fratrēi⁹ et iudā scarioth q̄ tradidit eū. ¶Post sermonē tū factū in mōte misit ad p̄dicandū ꝼm matheum et lucā. hos. xij. misit iesus inq̄t matheꝰ preciens eis z dicēs. In viā gentiū ne abieritis. scz nunc nec in ciuitates samaritanoꝝ: sed ite potiꝰ ad oues q̄ pierūt domus israel. ¶Et euntes p̄dicate q; appropinquat regnū celoꝝ. Infirmos curate. leprosos mundate: mortuos suscitate. Demones eijcite: gratis accepistis gratis date. Nolite possidere neq; aurū neq; argentum nec pecuniā. nō peram neq; duas tunicas nec calciamēta neq; virgā: dignus est enī operarius mercede sua. ¶Circa ista documēta data aplis est q̄druplex modus exponēdi. primo q̄ ista nō fuerint eis data vt p̄cepta obligantia ad obseruantiā eoꝝ sub peccato mortali: sed vt quedā monita ad dirigendum vitā eoꝝ vt sunt ceremonialia religioseoꝝ: q; vt religiosi p̄uersabanꝫ sub discipulatu xp̄i. Secundo mō q̄ etsi p̄cepta erāt tū tpalia fuerūt q̄ relaxauit tpe passionis et vltra. Tercio mō q̄ xp̄s sub his intendebat eos et successores eoꝝ in p̄latura z p̄dicatura remouere ab inordinato affectu terrenoꝝ et in actu etiā ab eis resecare nimias diuitias: in auro et argēto z pecunia nō portandis. Corpis delitias. in calciamētis z duab⁹ tunicis nō habendis. Adulatōnes et blanditias cum ait Neminem perviam salutaueritis. Animā solicitudinem in p̄rouidendo in pera sacculo z pane non

¶

ferendis in via. Et q̄ ꝓmederēt coꝝ eis apposita q̄ scz apte in cibū venūt. ac etiā in iniurijs vindicationē in virgā nō portanda vt dicit Ambro. q̄ ad istud vltimū. xj. q. iij. Ira. Quarto mō vt ista intelligant̄ phibita fm sensum mysticū. In auro s. mūdana sapia. In argēto vana eloquētia. In pecunia intētio lucratiua in p̄dicando. In calcia mētis affect⁹ mandat̄ exui a bestialib⁹ passionibus duplicatas ꝓuersatōis seu ypocrit̄ interdicitur in duplici tunica. panis etiā portari nō ꝓcedit ne sustentatōz vite p̄ncipaliter ex his intēdat. Virgā cui aliq̄ viator innitat̄ nō portet. s. ppie cōfidentie vel hūane. Neminē salutet se vel aliū certū z securū reddēdo de sua saluatōe. q: nouit dñs q̄ sunt ei⁹ ait ap̄ls. Et nemo scit vtr odio vl̄ amore sit dign⁹. Eccēs. ix. inquit Salomon. Nō trāsire de domo in domū iubent̄. ne scz curiosi q̄rāt vitā alioꝝ. nec sint vagabundi z relatores nouorū. Addit marcus. q̄ xp̄s illa ꝓhibuit eis hr̄e vel portare: nisi virgā tm̄. et q̄ calciati irēt sandalijs forte posset sic ꝓcordari q: marcus loquit̄ de virga. i. baculo ad sustentandū: alij q̄ virgā ꝓhibent loquunt̄ de virga. i. fuste ad pcutiendū. Et sub ea cōcessa intelligit̄ auctoritas regimis z potestas exigēdi necessaria. Prædixit q̄s eis xp̄s aduersa q̄ paterent̄ exhortās ad ꝓstantiā z prudentiā dicēs: Ecce mitto vos sicut oues inter lupos. Estote igit̄ prudētes sicut serpētes z simplices sicut colūbe. Q̄d exponēs Hiero. xvj. q. j. Si cupis ait. vt. s. alioꝝ nō supplantent̄ insidijs. z ne mini machinent̄ dolos vt colūbe sine felle. Cautos eos reddit de psecutōib⁹ eoꝝ i q̄bus fugerēt de vno loco ad aliū. q̄n. s. non est necessaria saluti gregis p̄sentia eoꝝ vt declarat̄. vij. q. j. §. vlt. Sz et ꝓtra illos q̄ nollēt recipere vl̄ doctrinā eoꝝ audire. etiā puluerē pedū excuterēt inde recedētes. Ponit exinde exterminiū sequendū in illis q̄ nō recipiēt eos. mai⁹. s. iudicio sodomoꝝ. p̄nunciās ve parata corozaim bethsaide: capharnaū. vbi p̄dicauit z multa miracula fecit: eo q̄ nō sunt cōuersi ad pniaz z fidē ex doctrina z miraculis tantis: cū sodoma tirus et sydon ciuitates infideliū cōuersi fuissent si illa vidissent. Quare q̄ ibi nō fecerit illa miracula vel docuerit. rō reddi nō p̄t. sed admiratio haberi: et totuz iustissime factum. vt dicit Aug. xxiij. q. iij. De tiris. Roborat eos ad patiaz exēplo sui q̄ magister existēs z paterfamilias nō fuit audit⁹ sed derisus z belzebub vocatus. Et cū ducerent̄ ante reges z p̄sides ꝓpter p̄dicationē doctrine eoꝝ nō cogitarēt multa. s. p̄uisione q̄d responderēt. Quia spiritus sanct⁹ loquer̄t p̄ os eoꝝ. Cognati etiā et parētes infideles. scz aliq̄s traderēt eos z morte ꝓcurarēt. et essent odio oīb⁹ hoīb⁹. s. reprobis. Sed nolite inquit timere eos q̄ occidūt corpus. Timete aūt eū qui p̄t aiam et corp⁹ pdere in gehennā. Nec ꝓpter affectū ad ꝓsanguineos patrē matrē vxorē filios et al̄ assequēdo doctrinaz et vitam christi se subtraherēt. q: q̄ istos diligit plusq̄ salutē suā vel xp̄m: nō est dignus eo. et inimici hoīes domestici eius. Q̄d aūt dicit. Nō veni mittere pacē sed gladiū loquitur de pace carnali quā peccatores querunt in mundo. Cuius ꝓtrarū xp̄s venit mittere gladiū scz verbi dei destructis talē pacē. Pacē autē verā mandauit oīb⁹ nunciare et ea salutarent intrātes domū dicentes. pax huic domui. Et q̄ recipiētes eos: mercedē reciperēt etiam si calicē aque frigide darent z in noie discipuli. Q̄d vero ait. Nihil opertū q̄d nō reuelet̄. intelligitur hic vel in futuro iudicio. Refert marc⁹ solus. q̄ finito ad discipulos sermone. ip̄s veniētibus ad domū. cōuenerūt ad iesum turbe multe scz querētes eum alloqui vel curationē. ita vt nō possent māducare. s. ex occupatiōe circa eos. Et cū audissent discipuli exierūt tenere eū dicentes. q: in furorē versus ē. hec euāgelista. Videt̄ imaginandū q̄ iesus fecit aliq̄d feruoris signū inusitatum ex ꝓsideratōe diuini honoris cōsequētis ex miraculis factis p̄ eum z deuotōe hoīm: sed apostoli adhuc rudes z taliū inexperti suspicabāt̄ furorē. Addit etiā Marcus q̄ exeuntes ap̄li ejiciebant demonia z vngebāt infirmos oleo et sanabant̄. Alter a vice vt refert solus lucas. Deli gnauit iesus z alios. lxxij. discipulos. z misit eos binos ante faciē suā dicēs. Messis quidē multa operarij vero pauci. Rogate ergo dūm messis vt mittat operarios in messem suā. pene oīa māda/ta q̄ duodecim mittēdo ad p̄dicandū dederat eis imponēs. Reuersi autē p̄dicti missi a p̄dicatōe retulerūt xp̄o cū quodā gaudio vano et superbo dicētes: dñe etiā demonia subijciunt̄ nobis i noie tuo. Quos xp̄s ad humiliationē z timorē reducens ait. Videbā sathan sicut fulgur de celo cadentē. s. ꝓpter superbiā. Vidit aūt hoc fm diuinitatē. Nolite g̃ in hoc gaudere ait. q̄ spirit⁹ vobis subijciunt̄: ꝙ gaudete q: noīa vestra scripta sunt in celis fm p̄destinationē. s. et p̄sentē iustitiā. Ubi nota q̄ sicut ep̄i tenent locuz apostoloꝝ: ita p̄sbyteri succedūt loco. lxxij. discipl⁹oꝝ vt habet̄ di. xxj. in nouo. Et subdit ibi iesus q̄d ad oēs p̄/latos extendit̄. Qui vos audit me audit. s. obediendo: et qui vos spernit me spernit. mādata vestra iusta transgrediendo.

De panibus et §. XI.

piscib⁹ miraculose multiplicatis a xp̄o in fractione eoꝝ ad satiandū multa milia hoīm. et de ambulatōne ei⁹ sup mare. Ubi ꝓmo sciendū. q̄ de multiplicatōe quinq̄ panū z duoꝝ pisciū narrāt oēs q̄tuor euāgeliste. ap̄propinquāte igit̄ pascate iudeoꝝ. cū xp̄m cuz discipulis ascendentē i montem secuta esset maxia multitudo. xp̄s quinq̄ panes ordeaceos z duos pisces q̄s puer habebat acceptos z frangēdo eos multiplicatos porrexit apostolis vt ap̄onerēt turbis edētib⁹ sup fenū ibi ortū p q̄nquagenos. et satiatis cūctis q̄ numero erāt quinq̄ milia exceptis puulis z mulieribus. collegerūt ap̄li reliq̄as remanētes iussu xp̄i z impleuerūt. xij. cophinos. Johānes aūt exp̄ressit in ip̄a narratōe hui⁹ miraculi interrogationē xp̄i facta ad philip̄m z responsionē de ducētis denarijs nō sufficientib⁹ ad emendū. et de insinuatōe

andree facta xp̄o q̄ vnus ibi puer erat qui habebat quinq; panes. Q̄d ergo alij tres euāgeliste tacuerūt ip̄e iohānes exp̄ssit. Et q̄d marcus et lucas exp̄esserūt de ordinatj turbis p̄ quinquagenos ad comedendū in sedendo: mathe⁹ et iohes obmiserūt. nec ex ista varia narratōe p̄t dici i euangelistis falsitas vel ꝓtrarietas sicut nec si plures recitādo aliq̄ gesta p̄vnū, aliq̄ breuius aliqui extensi⁹ illa narrent de circumstātijs Figurat aūt in hoc ꝙuiuio spūalis refectio q̄ fit i ecclesia militāti ex doctrina quinq; libroꝝ legis mosaice: et ꝓphetaꝝ t psalmoꝝ q̄si duoruz pisciū. Ut em̄ dicat gratian⁹. di. xxxvj. §. ij. Sacra legis t ꝓphetarū xp̄s disserēdo exposuit. et hoc ē frangere panes et pisces t postea eoꝝ sciam dedit discipulis et p̄ eos illa fidelib⁹ dispēsauit. Duodecim cophini reliquiaꝝ recollecti: signant difficilia mysteria scripture quoꝝ p̄li nō sunt capaces. q̄ ip̄i doctores p̄ se debēt colligere t speculari. posset etiā exponi de ꝙuiuio eccie triumphātis. Alteravice cū turbe cuz xp̄o triduo pmāsissent ad audiendū verba ei⁹ i ꝑloco deserto dixit iesus. Miserior supturbā q̄: nō haberēt ad manducandū t dimittere eos nolebat ieiunos ad p̄pria ne deficerēt i vita. Et ex septē panib⁹ q̄ repti sunt apud discipulos t paucis pisciculis fractis et multiplicatis a xp̄o saturati sunt q̄tuor milia hoīm exceptj puerulis t mulierib⁹. Et supfuerunt. vij sporte de reliquijs. Signat refectionē spiritualē ex. vij. sacramentis ecclesie quā p̄cipiūt q̄ pfecte dñantur coꝝ poꝝ ꝓposito ex q̄tuor elemētis. et q̄ passionibus sensitiue p̄ q̄tuor v̄tutes cardiales. Mille em̄ signat pfectionē: Post miraculū aūt factum de quinq; panib⁹ t duobus piscib⁹ vt refert Johes hoies viso signo dixerūt. hic est vere ꝓpheta qui venturꝰ est in mundū. i. messias p̄missus in lege. et sciēs iesus q̄: volebāt eū rape t facere regē fugit in montē. docēs in hoc vitare dñia q̄: piculosa. Et q̄: discipulis iusserat vt p̄ nauiculā p̄cederent eū transfretū. Nauigātib⁹ discipulis sine eo erat nauis eoꝝ i medio maris q̄ fluctib⁹ iactabatur p̄p̄ ventū ꝓtrariū. Circa quartā vigiliā noctis viderūt iesum ambulantē sup aq̄s maris ad eos appropinquantē. et extimātes fantasma esse: clamauerūt p̄ timore. t hortat⁹ est eos ne timerēt dicēs. Cōfidite ego sum. Petr⁹ aūt vt refert sol⁹ mathe⁹ dixit. dñe si tu es iube me venire ad te sup aq̄s. dicēte eo. veni. Cū incederet sup aq̄s: videns ventū validū timuit t inde cepit mergi. Et clamans. dñe saluū me fac. xp̄s eū p̄ manū apprehēdit dicēs. modice fidei q̄re dubitasti: et cessauit tēpestas eo ingresso nauim. Magnū hic mysterium de naui ecclesie. q̄ fluctib⁹ tribulationū t tentationū quatit: ꝑ nō submergit nō deficit. Amb̄. de ista nauicula sic ait. xxiij. q. j. Nō turbat̄ navis q̄ petrū habet. turbat̄ illa q̄ iudā hz. Et si multa illic discipuloꝝ merita nauigabāt: tñ adhuc p̄ditoris pfidia agitabat. In vtraq; petr⁹. sed qui suis meritj firm⁹ est turbat̄ alienis. Caueamus q̄ pfidū: caueam⁹ p̄ditorē. ne p̄ vnū multi fluctuemus. Ergo nō turbat̄ hec nauis in q̄ prudentia nauigat. Abest pfidia fides supat. quēadmoduz eñ turbari poterat cui p̄erat is q̄ firmamentū ecclesie est. Illic q̄ turbatio vbi modica fides: ibi securitas vbi pfecta dilectio. h̄ ille ibi. Et q̄d ait ambro. de naui petri q̄ nō turbat̄. intelligit de p̄pria naui petri q̄n rhete iaciēs ad iussum xp̄i piscium multitudinē nimiā cōprehendit.

De sacramēto .§.XII.

eucharistie multiplicit ꝓmēdato t murmuratiōe iudeoꝝ t recessu discipuloꝝ p̄pter hoc. Cū q̄ recessissent alij discipuli q̄: dixerat xp̄s caro mea vere est cib⁹ t cē. p̄pter hui⁹ verbū interrogauit. xij. ap̄los si et illi vellēt abire. Cui petr⁹ p̄ oībus rñdit. Verba vite eterne habes. ad quē ibim⁹. s. vñ cōsolemur nisi ad te. vbi Ambro. xxiiij. q. j. Quae dignioꝝ ait. hic est sol⁹ quē nemo dz deserere nēo mutare. cui bene dicit dñe ad quē ibim⁹ t cē. Videdes executoꝝ celestiū p̄ceptoꝝ. q̄ qñ hoc nō mutauit hospitiū: celestiū ꝓsortiū habitatōis emeruit. p̄dicta aūt de sacro enarrat sol⁹ iohes. Post miraculū de quinq; panib⁹ t transsretatione q̄ sequuntur scribit sol⁹ ioh. vicz q̄ turbe q̄sierūt eum. Quibus dixit. Queritis me nō q̄: signa vidistis ꝑ q̄: māducastis ex panib⁹ meis. signās i eo illos q̄ xp̄m querūt in clero vel religione p̄pter tpalia et subdit dicēs. Operami nō cibū q̄ perijt: sed q̄ pmanet i vitā eternā. i. opamini taliter q̄ ꝓsequi possitis pmanentē vitā patrie: nō tm̄ vt habeatj vitā tpalē. Et interrogantib⁹ q̄d facerēt vt opa/rentur opa p̄fis. Rñdit. Ut crederēt i eū quē misit pater. i. credēdo diligerēt. Et dicētib⁹ ip̄is. q̄d signū daret vt deberēt in eū credere. cū p̄res eoꝝ habuerint signū mānē de celo vt crederēt deo et moisi vt ab eo misso. Rñdit q̄ non moises dedit eis panē de celo verum. sed pater suus daret panem de celo verum. panis em̄ verus est q̄ descendit de celo t dat vitā mūdo: ip̄e. s. xp̄s. q̄ tñ nō intelligētes sed de materiali dixerūt. dñe da nobis sp̄ hūc panē. Sed declarauit se esse illū panē vite et q̄ veniret ad eū. s. sumendū nō esuriret. s. mundana. Dz q̄: nō veniebāt ad eū. s. credēdo in eū. iō nō poterāt ꝓmedē panē illū. Et subdit. Omne q̄d dat mihi p̄r ad me veniet. et eū q̄ venit ad me scz credēdo nō ejciā foras. s. extra ecclesiā q̄: nō veni facere voluntatē meā ꝑ ei⁹ q̄ misit me. Et h̄ est volūtas p̄fis vt sibi dati p̄ p̄destinationē. s. et p̄fitem iusticiā nō ejciant: sed i corpe eccie viuāt Et subdit. Nemo venire p̄t ad me nisi p̄r q̄ misit me traxerit eū. et ego resuscitabo eū t cē. Ubi augusti. magna gre cōmendatio. Nemo venit nisi tract⁹ a deo. Cur istū trahat illū nō trahat: noli iudicare si nō vis errare. si nondū traherj: ora vt traherj. Idē. Si trahimur q̄ inuiti credim⁹. Noli cogitare te inuitū trahi. Nō em̄ inuit⁹ trahitur anim⁹ sed amore. Ramū viridē ostēdis oui t trahis eā. Fluces ostēdis puero: t trahis eū. Porro si poete licuit dicere. Trahit sua quēq; voluptas nō necessitas sed amor inuitās: quāto magis dicim⁹ hoiem trahi ad xp̄m. q̄ delectat̄ iusticia. delectat̄ veritate. beatitudie delectat̄ eterna vita.

qđ totū est xp̄s. Deinde dicens se esse panē viuū qui de celo descēdit quē q̄ māducaret nō moreretur.s.eternaliter. Et panis iste quē daret erat caro sua. Cū q̄ illi iudei litigarēt dicentes. Quō pōt hic nobis dare carnē suā ad manducandū. Ostendit necessitatē hāc manducādi dicēs. Nisi manducaueritis carnē filij hoīs et biberitis eius sanguinē: nō habetis vitā in vobis. Qđ illi male intelligētes. s. de carne sua visibili vt comedunt carnes de macello dixerūt. Durus est hic sermo. q̄s pōt cū audire. Et ex hoc scandalizati aliq̄ ex discipulis recesserunt ab eo. Sed nota q̄ xp̄s manducat dupliciter ad vitā. Uno mō spiritualiter tm̄. qđ fit p̄ habitū charitatis qua xp̄s vnit nobis. et hoc est necessariū cuilibet saluādo. quō etiā p̄unti baptizati comedūt carnē xp̄i et etiā nō baptizati iā vere credentes. Alio mō p̄medit sacramētaliter ⁊ digne. et hoc est necessariū adultis baptizatis loco ⁊ tpe suo. s. put eccīa mādat ⁊ cū adest copia cōferentis. tūc autē nō p̄medit caro xp̄i materialit vt illi intelligebāt. sed spūaliter. i. sub illis specieb⁹ occultatū. vñ dixit. Uerba q̄ lo quor vobis spūs ⁊ vita sunt: caro nō p̄dest quicq̄. i. verba intellecta spūaliter q̄ dixi iustificabūt vos. carnaliter aūt intellecta nil p̄derūt. de p̄se. di. ij. prima heresis. Ex p̄dictis igit xp̄i verbis ostenditur ⁊ veritas corpis xp̄i in sacro: et necessitas ei⁹ et vtilitas: et idoneitas ad manducandū vt. s. veniat ad xp̄m pede intellect⁹ credēdo. ⁊ pe de affectus diligēdo eū. de quib⁹ oībus habes de cōse. di. ij. Reuera. et multis alijs capitulis.

De missione di §. XIII

scipulor iohis ad xp̄m et p̄mendatione iohānis a xp̄o. et ieiunio discipulor iohis. et interfectōne iohannis. Cū ḡ iohānes baptista ab herode fuisset incarcerat⁹ audiens opa xp̄i mira: misit duos ex discipulis suis: dicēs. Tu es q̄ ventur⁹ es: an aliū expectam⁹. Quadrupliciter exponit ista locutio. prima est Crisostomi. q̄ dicit. q̄ iohānes nō p̄ se sed p̄ discipulis suis fecit istā interrogatōz vtrū s. esset messias p̄missus quē expectabāt iudei. cū em̄ videret iohānes discipulos suos maiorē estimationē de se hre ⁊ minorē de xp̄o q̄s debebant. vñ xp̄m emulabant q̄ crescebat magis i fama q̄s iohānes. ne in errore p̄manerēt post mortē suam misit ad xp̄m interrogandū. vt. s. discipuli iohānis ex miraculis xp̄i q̄ viderent p̄ciperēt ipm esse messiam venturū. Secūda est Ambro. dicētis q̄ iohānes nō fide: sed pietate dubitauit. i. ad modum dubitātis locut⁹ est. interrogās si esset ille q̄ ventur⁹ esset ad passionē ferendā p̄ mūdo. q. d. Quādq̄ tāta erit dignatio tua vt sicut in mundū venisti: ita etiā digneris pati. cū sis agnus innocentissimus nō mortis reus vt ceteri. nō hoc mūdus merek. Tercia est Grego. in omel. dicētis. q̄ iohānes nō q̄siuit vtrū esset ventur⁹ ad redimendum sua passione genus humanū. hoc em̄ p̄nunciauerat cū dixit. ecce agnus dei ⁊c. scz immolandus in ara crucis. Sed q̄siuit vtrū morīēs dignaretur p̄ se patres in limbo visitare et educere: an aliū ad hoc mittere. vt posset hoc sciens iturus p̄ mortē ad limbū istud p̄fib⁹ illis nūciare. Quarta est Hilarij exponētis p̄mā p̄te illius locutōis assertiue nō interrogatiue. q. d. Tu es oīno q̄ es ventur⁹ mundū saluare. Secundā p̄tē negatiue sic. An aliū expectam⁹. q. d. Certe nō expectam⁹ aliū sīc exspectāt nūc p̄fidei iudei. Venientib⁹ aūt discipulis iohis ad xp̄m. ⁊ faciētib⁹ dictā inq̄sitionē. Tūc vt ait lucas. fecit iesus multa miracula q̄ hic narrant. Et rndit discipulis illis. Euntes renunciate iohāni q̄ audistis ⁊ vidistis. Ceci vident ⁊c. q. d. Ex his potestis p̄cipere me esse messiam. q: illa operat⁹ sum mira q̄ p̄nunciauit esaias. factu⁹ xp̄m cū venerit. Esa. xxxv. dicit. deus ipe veniet ⁊ saluabit nos. Tūc aperient oculi cecorū ⁊c. Et significāt illa miracula etiā effect⁹ gre xp̄i in aiam nr̄az cū venit. Illuminat em̄ intellectū dirigit claudicantē affectū. purgat leprā. i. peccatū. reddit obediētie auditū. resuscitat actū faciēs meritor. euāgelizat instruēdo p̄mū. Post recessum discipulor iohānis xp̄s mirabiliter p̄medauit iohannē. et de cōstantia in veritate. q: non arundo mota vēto dubior. et de austeritate vite et sinceritate doctrine. q: nō mollib⁹ vestitus nec adulatōib⁹ vsus. et de magnitudie sapie: q: plus q̄ ppheta. et de puritate p̄scie q: angel⁹ p̄nuncia tus illi. Ecce ego mitto angelū meū ⁊c. Malach. iij. et de excellētia meriti et glorie: subdēs. Inter natos mulier⁹ nō surrexit maior iohāne baptista Ubi duo excipiunt p̄m Aug⁹. s. Virgo maria q̄ fuit nata nō natus. i. femīa. secund⁹ multomagis xp̄s q̄ nō fuit nat⁹ mulieris. i. corrupte ꝑ virginus Ui⁹ subdit xp̄s. Qui minor est in regno celor. i. in eccīa militāti: maior est illo scz in pfectōe. Minor aūt tunc fuit xp̄s i etate ⁊ in opinione hoīm. Uel aliter q: minor angel⁹ in celo tūc em̄ adhuc nullus hoīm erat in celo: maior ē pfectōe naturali illo et perfectōe gr̄e. q: cōsumata erat i angelis gratia. Et subdit xp̄s. A diebus iob. regnū celor vim patit ⁊ violēti. s. sensualitati resistēdo rapiūt illud. Deinde inuehit p̄tra iudeos murmurantes et de iohāne ⁊ de se Cui simile estimabo generationē istā ait. Similis est pueris ludentib⁹ i foro ⁊c Uenit iohānes nō manducās. s. cōia. et dicūt demoniū hz. venit filius hoīs xp̄s manducās et bibens. s. vt alij: et dicūt ecce hō vorator et potator vini amic⁹ publicanor. et iustificata est sapia ab oībus filijs suis. i. iusta reputata a discipulis suis. Ubi Aug⁹. sic ait. Ostēdit filios sapie intelligere. nec in abstinēdo nec in manducādo esse iusticiā: sed in equanimitate tolerādi inopiā ⁊ temperantiā p̄ abundātiā. nō se corrūpendi atq̄ oportune sumēdi. vel nō sumēdi ea quor nō vsus ꝑ cupia reprehendēda est. di. xlj. qđ dicit. Et cū q̄dā vice interrogarēt discipuli de aduētu belie p̄cessuri messie aduentū. Rndit xp̄s. helias iā venit et nō cognouerūt eū: ꝑ fecerūt in eū q̄cq̄ voluerūt. Et si vultis recipe iohem ipe est helias nō fuit quidē iohes helias p̄sona: ꝑ zelo ⁊ officio et solitudie. Nā vtq̄ magno zelo dei reprehēdit malos etiā reges et sicut helias p̄ueniet scōm xp̄i

aduentū et ap instruendū t oisponendū ad xp̄m ita iohes primū aduentū. Alio tpe interrogā-tibus pharisei's t discipulis iohis xp̄m. q̄re sui discipuli nō ieiunabāt sicut ipsi. Rndit Jesus assignās duplicē rōez. Prima est q̄ nō p̄t filij sponsi ieiunare dū cū eis est spōsus. i. nō decet ieiunare sed gaudē. Sponsus eccīe xp̄s filij' spōsi apli. et q̄diu fuit cū eis cōuersat⁹. noluit eos ieiunijs affligere. Alia rō est ad docendū q̄ rudes i via dei et incipiētes deo seruire nō debēt grauari abstinētijs vel duris p̄ceptis q̄ ferre nō possent: inducēs exēplū de vino nō ponēdo i vtres veteres. Cū aūt argueret herodē iohānes ō incestu t de adulterio dicēs. nō licz tibi hr̄e vxorē fratris tui. s. philippi a q̄ eā abstulerat. herodias ipsa q̄ recesserat a viro legitimo t adheserat herodi odio hr̄is iohannē insidiabat̄ ei t volebat occidere eū. Sed nō pot̄at. s. apte. Nā t ipe herodes vt refert marcus metuebat iohannē. sciēs eū virū iustū et sanctum. et audito eo multa faciebat t libēter eū audiebat. Demū ad instigationē ipi⁹ herodiadis tenuit iohannē t incarcerauit. Et cū in die natalis herodis coā eo t p̄cipib⁹ galilee saltasset puella filia herodiadis: ita placuit oīb⁹ q̄ p̄misit herodes dare sibi quicq̄d postulasset eiā si mediet̄ regni peteret. hō iuramēto p̄firmans. Que a mr̄e edocta petijt oīno sibi dari caput Johis baptiste. Et cōtristat⁹ rex. s. de petitōe ipa ppt̄ iusiurandū ne. s. videret̄ periurus nō seruādo p̄missuz iussit āputari caput iohānis in carcere t dari puelle. et allatū caput i oisco et datū puelle ipa matri pessime p̄tauit. Quo audito discipuli ei⁹ tulerūt corp⁹ eius t sepelierūt. de capite xo ei⁹ quō fuerit reptū hist̄oria inter apocripha p̄putat̄. di. xv. Sancta romana. De hoc aūt iuramēto herodis sic ait Amb. in li. de officijs. Herodes saltatrici p̄miū turpiter p̄misit crudeliter soluit. Turpe q̄dē regnū p saltatōe p̄mittit̄ crudele ē q̄ mors pphete iurisiurādi religione donat̄. Quāto tolerabili⁹ fuisset periurū tali sacro si tñ periurū dici possit: q̄ ebrius inter vina iurauerat. q̄ t iurat⁹ inter saltantiū choros p̄miserat. xxij. q. iij. vnusq̄sq̄. Et cū herodes audisset miracula xp̄i estimans falso q̄ ipe esset iohes. resuscitat⁹ q̄ faceret miracula dixit. Quē ego decollaui iohā. hic surrexit a mortuis. et iō xtutes operant̄ i illo. Quibusdā aūt dicētib⁹ iesu q̄ herodes volebat eū occidere et iō secederet: iesus dixit eis. Ite t dicite vulpi illi. Ecce demonia ejcio t sanitates p̄ficio hodie t cras. i. paruo tpe t tercia die p̄sumor. Dicitur etiā a iohe euangelista q̄ iohānes baptista nullū fecerat signū. s. dum viueret.

De institutōe §. XIIII.

sacror̄ noue noue legis est duplex opinio s̄m tho. in. iij. Una est q̄ xp̄s nō instituerit p se oīa sacra sed quedā magis p̄cipua. vt baptismū t eucharistiā. Alia vero instituit per apl̄os post aduentum spūssancti. Sz alia opinio ē t melior. q̄ xp̄s p se instituerit oīa sacra ecclesie. Nā cū sacra sint fundamēta legis euāgelice t causatiua gratie. et ipse dñs iesus sit lator ipius legis t collator gr̄e: s̄m illud Johis. j. Gratia t v̄itas per iesum xp̄m facta est. cōuenientius dicit̄ q̄ ipse per se instituit oīa sacra: sed nō eodē mō. Nā sacramēta principaliora t magis necessaria instituit magis expresse quo ad materiā et formā t vtilitatē determinādo. vt baptismū eucharistiā et pniam. alia vero implicite t figuratiue p se: sed per apl̄os explicāda et p̄mulganda. Et baptismū quidē q̄ō est primū et maximū vtilitate instituit virtutē purgatiuā cōferendo. q̄ baptizat⁹ est a Johanne in fluuio iordanis. Tunc enī tactu sue mundissime carnis vim regeneratiuā cōtulit aq̄s oībus. Vñ et currebāt simul baptism⁹ xp̄i t sacr̄m circumcisionis ad peccata purgāda vsq̄ ad xp̄i passionē. Nā tunc euacuata est virt⁹ circūcisionis sicut et oīa alia legalia. i. ceremonialia mortua sunt et remansit virtus solū baptismi. Materiā autē eius expressit cū ait Joh. iij. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua t spūsancto: nō p̄t videre regnū dei. Vbi et necessitas ei⁹ exprimit̄ q̄: sine eo actu q̄ ad carentes vsu rōnis p̄posito cū deest minister vel facultas q̄ ad adultos: nō p̄t regnuz dei hr̄i. Formā xo cū resuscitatus ait discipulis referēte matheo. docete oēs gentes baptizantes eos in noīe p̄ris t fi. et s. s. Et actus baptismi seu ablutōis dū dicit̄ baptizātes. i. dicentes. Baptizo. Et p̄sona baptizati cū dr. baptizātes eos. i. dicētes. Baptizo te in noīe p̄ris t filij t spūssancti. In noīe. i. in virtute. Virtus enī trinitat̄ est. q̄ opereat̄ effectū baptismi. vñ t trinitas apparuit in xp̄i baptismo Ego nō est de substātia et si dici debeat. Quis etiam sit effect⁹ baptismi ostendit xp̄s cū ait. Qui crediderit t baptizat⁹ fuerit saluus erit. s. si vere et nō ficte et si gr̄az baptismalē p̄seruauerit. extra de baptismo. c. j. et. c. Apostores. Quantuz ad eucharistiā materiā expressit cū dicit. Accipiens panē t postea accipiēs calicē i q̄ erat vinū. Quo ad formā cū ait. hoc est corpus meū. et hic est calix t̄c. Et declarationē hoz habes extra de celebr. miss. Cū marthe. Utilitatē cū ait. Qui mādducat hūc panē viuet in eternū. Joh. vj. et intelligit̄ de sumptōe eucharistie idonea. De sacro pnie q̄tum ad necessitatē oñdit dicēs. Nisi pniam egeritis oēs p̄ibitis. Et vtilitatē inquiēs. pniaz agite appropinq̄bit enī regnū celor̄. Cōfessionez fiendā sacerdotib⁹ etiā post emundationē peccatorū p̄ p̄titionē p figurā declarauit. q̄ leprosuz mundatū a lepra misit Math. viij. dicēs. Ostende te sacerdoti. Sz hoc p̄ceptū de p̄fessione vocali p̄mulgandū Jacobo minori apl̄o delegauit. vñ dr. Jaco. v. Cōfitemini alterutrū pcta vra. i. sacerdotib⁹ q̄ claues hñt ecclesie t nō alijs. Postestatē vo ligādi t soluendi dedit apl̄is in p̄sona oīm sacerdotū cū ait resuscitatus. Accipite spūm sanctū. quor̄ retinueritis pcta. s. nō absoluendo retenta sunt: et quor̄ dimiseritis dimissa sūt. Et iterū ante passionē suā dixit eis referēte matheo Quecūq̄z solueritis sup terrā erūt soluta in celis. et q̄cūq̄z ligaueritis in terris erūt ligata i celis. Et intelligit̄ claue nō errāte. vñ dr. xxv. q. j. manet

petri priuilegiū. s. de absolutione vel ligatōe pfatis qñ ex equitate ferī iudiciū. In q̄ etiā ligatiōe et solutōe includit snīa excōicationis. Sacramentū pfirmatōis instituit tacite t q̄si figuratiue cū oblatis sibi quibusdaz puulis vt bñdiceret. et aplis eoz ex reuerētia magistri repellentib⁹ dixit ihesus. Sinite pnulos venire ad me t nolite phibere: taliū est enī regnū celoz. et attestantib⁹ matheo marco t luca: ihesus singulis man⁹ imponēs bñdixit eos. vñ et sacrm illud dicit etiā man⁹ impositio' vt de cōse. di. iiij. Manus q̄z. Aplī autē die penthecostes pfirmati sūt virtute ex alto spiritussancti. expresse aūt p aplos ordinauit hoc instituendū q̄ ad materiā t formā t modum. extra de sacra vncti. ca. j. Extreme vnctionis sacrm instituit silr scz p figurā. exprimēdo etiā materiā cū narrāte marco solū. misit aplos ad pdicandū et vt vngerēt infirmos oleo t sanabant. Ubi etiam virtus seu effect⁹ ipius sacri ostendit scz sanitas aiet corporis. Sed Jacob⁹ ipm sacrm magis explicauit dicēs. infirmat aliqs ex vobis: induc̄at pbyteros de eccīa q̄ orent p eo vngentes eū oleo. Matrimoniū t si institutū sit a principio in paradiso terrestri: tū vt sit sacrm ecclesie actuz significās nō solū aptitudinē illā indissolubilem vnionē xpi cū ecclesie seu diuine nature cum humana in xpo t gratiā pferens vt cetera sacra t si nō tantā: instituit xps cū dixit iudeis interrogātibus si liceret dimittere vxorē. Quos deus cōiunxit scz p verū matrimoniū: homo nō separet s. dissoluendo hmōi vinculū q̄cunq̄ sit ille hō: siue iudex siue priuatus siue ipsi piuges. De sacramēto ordinis magis obscurū est. dicit tū sm doctores et glo. in decre. xpm q̄ erat pontifex futuroz bonoz istud instituisse in vltima cena t cū dixit discipulis: hoc facite in meā cōmemoratōz et tunc dedisse discipulis oēs ordines. Et de potestate pficiēdi corpus suū verū non est dubium Ubi notandū sm Tho. in. iiij. cū sit triplex potestas i pferendo effectū sacramtoz scz Auctoritatis q̄ fuit i xpo sm suā diuinitatē vicz ad remouēdum pctā et cōferendū gratiā ppria vtute simul cū spiritusancto q̄ nulli creature pt cōcedi. Scōa excellētie q̄ potestas soli xpo collata ē sm humanitatē vicz vt meritorie ei⁹ passio operet in sacramētis t vt dari possint sacra in noīe ihesu. Et q̄ poterat dare sacrm quodcūq̄z sine forma t materia eius seu effectū alicui⁹ sacramēti sine sacro. puta remissionē peccatoz sine baptismo vel cōfessione et hmōi. Et sic p istā potestatē cōtulit ordinis sacramentū aplis sine materia t forma institutiōe. tercio potestatē scz ministerialē cōtulit aplis t habēt sacerdotes oēs. De numero sacroz t effectu et materia t forma: habes plene in tercia parte in pluribus locis.

De miraculis fa §. XV.

ctis a xpo et primo de obsessis a demonijs liberatis. Circa principiū sue pdicatōis refert lucas q̄ in synagoga erat hō habens spm̄ immundū clamans t dicēs. Quid nobis et tibi ihesu nazarene. Venisti pdere nos. scio q̄ sis sanctus dei. Et dicente ihesu. Obmutesce et exi ab eo liberatus est. In terra gerasenoz vt scribūt mathe⁹ marcus et lucas. liberauit demoniacū habentem legionē demonū. dicit aūt legio cōtinere numerū sex milia sexcentoz sexagintasex. Marcus tū plenius hoc narrat. Dicit enī q̄ iste demoniacus habitabat die noctuq̄z in monumētis t montib⁹ nudus et ita seuus q̄ nēo poterat eū domare. seipm lapidibus pcidebat: et ligat⁹ cathenis eas frangebat hic vidēs a lōge ihesum cucurrit ad eū adorās et dicēs. Quid mihi t tibi ihesu fili dei summi: adiuro te p deuz ne me torqueas. Dicebat enī ei. Exi ab eo spūs immūde. Et interrogāte ihesu q̄d sibi nomē esset. Rndit. Legio: q̄z multi erāt. Qui demones deprecabant eū ne extra regionē ejceret eos. t si ejceret: saltim in gregē porcoz q̄ ibi erāt intrādi licentiā daret. Data aūt snīa intrauerunt in porcos q̄ subito precipitauerūt se in mare ibi ppinquū numero ad duo milia. pastores aūt eoz fugiētes nunciauerūt in ciuitatē t agros: et exeūtes videre inuenerūt illū liberatū a demonio vestitū t sane mētis cū ihesu. Qui audiētes factū rogauerūt ihesum vt discederet ab eis. Et cū ascendisset nauiculā ad trāsfretandū. ille liberat⁹ cepit rogare eū vt cū illo esset. Qui noluit: sed dixit vt iret ad suos t narraret q̄nta dñs illi fecisset. Matheus aūt dicit duos fuisse istos demoniacos. nō est in hoc falsitas sed figura grāmaticalis q̄ ponitur pluralis p singulari. Sicut ibi cū dicit q̄ duo latrones crucifixi cū xpo improperabāt ei: cū tñ vn⁹ fuerit. Ideo aūt posuit ad duos. ad designādum gen⁹ humanū in duob⁹ parētibus primis. vel in plm iudaicū t gentilē distinctum a demonijs multis p multa vicia possessum a xpo liberatum. Ubi etiā nota q̄ neduz hoies ꝑ nec porcos sine snīa ei a xpo data diabol⁹ pōt nocere. nec sine iusta causa dñs porcoz fuit in hoc damnificatus. Tñ Jsidor⁹ de summo bono. sm catholicaz fidē. nec nature dei nocere quisq̄ pt: nec natura dei nocere quicq̄ iniuste pt. nec nocere iniuste patitur quēq̄. xj. q. iij. figurat aūt q̄ pcipue in luxuriosis demoniū potestatē accipit q̄ i pceps vicio rū eos submergit. Chananea q̄z p filia demoniaca clamantē t dicētē. Miserere mei fili dauid filia mea male a demonio vexat. et si pr⁹ duricia ad eā ostēderit. Mā in domo vbi accesserat ihūbil ei rndit. in via discipulis p ea rogantibus q̄ clamabat post eos. respondit. nō sum missus nisi ad oues q̄ perierūt domus isrl. Sibi q̄z aduenienti ait. Nō est bonū sumere panē filioz t mittere canibus: illa patiēter rndit. Etiā dñe. Mā et catelli edunt de micis q̄ cadūt de mēsa dñoz suoz. demū exaudiuit dicens. O mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis. Fides hui⁹ magna fuit ex altitudine veritatis. q̄ cōfessa est xpm deū et hominē cū ait. Miserere mei tē. cū tñ nō vidisset signa nec audierat legē. Ex latitudine charitatis. q̄ primi. i. filie liberatōe laborauit veniendo ad xpm et clamādo post ipm. Ex longitudie longanimitatis. q̄ pseuerauit repulsa etiā cū cōtume-

lijs. Et sanata est filia in illa hora. Ideo diftulit erauditionē vt magis excitaret affectionē qō fit frequēter ī oibus nostris. Panis fuit refectio copiosa doctrine ⁊ miraculoꝝ xpi. q̄ vt magis aptis fuit potius danda iudeis vt verū deuz colentibꝰ q̄ gentibꝰ tā q̄ canibus immūdis. p idolatriam tñ nō dedecuit saltim micas. i. aliq̄ parua miracula. et verba eiꝰ etiā tradere gētibus vt isti chananee. Hec aūt vt ait Criso. nō iuit ad diuinos. nō q̄siuit ligaturas. non vocauit impostatrices mulieres: sed relict oia diabolica cōmenta et venit ad ihm. Ad ipm em̄ vt ait Greg. vij. Primo cōfugiendū est. q̄ nostre possit curare aie passiones. Terū hoies ꝓpostero ordie ante sibi opē ab hominibꝰ accersiūt. s. indebite. Ubi aūt hūana subsidia defecerint: tūc opinanť diuini postulandā fauoris gratiā. de ꝓse. di. j. Dis. superstitiones em̄ et incantatōes sequi nō est ire ad xpm: sed diabolum. vt ostēdit Augꝰ. xxvj. q. ij. Illud quidem.

Quidā etiā obtulit xpo sanandū filiū suū habentē spm̄ mutū. quē mathe⁹ noīat lunaticū. qui spiritꝰ apprehendēs illū allidebat ⁊ spumare faciebat et stridere ⁊ arescere. et cū prius obtulisset pater discipulis nō potuerūt illū eijcere sicut ab alijs. Accedēs ḡ ad iesum ꝓ liberatōe: rñdit ihs. O generatio incredula q̄diu ero apud vos: q̄diu vos patiar. duc illū ad me. Cū adduceretur ante iesum spūs allisit eū ⁊ volutabat. Et interrogāte iesu a q̄ tpe eū vexasset: dixit pater: ab infantia. et frequenter cū in ignē ⁊ in aquā misit vt eū pderet. Sed q̄d potes adiuua nos. Cui iesus Si potes credere: oia possibilia sunt credēti. Et ait pater pueri. credo dñe. adiuua incredulitatē meā. Et cōminatꝰ iesus demoni vt exiret egressus est discerpēs eū: ita vt dicerēt hoies eū mortuum. Sed xps apprehendēs manū eū eleuauit sanū. Et cū discipuli domū eūtes interrogassent q̄re nō potuerāt eijcere ipsi demonē. Rñdit hoc genꝰ demonioꝝ nō eijcit nisi in orōne ⁊ ieiunio. Prius tñ dixit vt ait matheꝰ. q nō potuerāt eijcere ꝓpter incredulitatē eoꝝ. Et q si haberēt fidem sicut granū sinapis. s. humilē ꝓstantē feruentem q̄ signant in ꝓprietate grani sinapis q̄d est paruū tenax ⁊ calidū: diceretis monti huic. Tollere. i. diabolo recede ⁊ fiet: et nihil ipossibile credenti. Luca xo referēte dicētibꝰ discipulis xpo. Adauge nobis fidē. ait iesus. Si habueritis fidē vt granū sinapis dicetis arbori huic moro eradicare ⁊ trāsplantare: ⁊ fiet. Ambro. exponit morū signare diabolū. q: morus hz ꝑmo moras albas sed postea calore nigrescūt. Sic diabolus a deo fuit cōditus cū potētijs innocentibꝰ: ꝑ calore superbie facte sunt nigre ⁊ viciose. Dicit autē quis mōti vl moro trāsi hinc vel transplātare. qñ diabolo (mōti dicto ꝓ superbiā vel moro ꝓ maliciā) tēptanti se vel aliuz cū resistit vt a se recedat vel alio temptato vel etiā iā in eo radicato ꝓ cōsensum cū ex fide humili ⁊ feruida redijt ad pniam diabolus recedit. Juxta illud Jacobi. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Nec sunt ꝓtrarij euangeliste. q: vnus dicit de mōte aliꝰ de moro. quia christus pluries locutus est de fide ⁊ vna vice de monte: alia de moro. Ad lram etiaz ab alexādro magno dicit factū. Ex eo aūt q pater huius demoniaci ait. Credo dñe adiuua ī credulitatē meam. i. modicitatē fidei augēdo. arguit Grego. de pe. di. ij. Cū sanctā. q in fide sicut in alijs virtutibus sunt gradus incipientiū. pficientiū ⁊ pficientiū seu pfectoꝝ. ꝺm illud Job. Per singulos gradus meos pnunciabo illū. Et hoc multipliciter diffuse oñdit.

Referentibꝰ q̄z matheo marco. sed luca plenius. Erat iesus eijciēs demoniū et illud erat mutū ⁊c. In q euāgelio ostendit. et xpi benignitas ⁊ iudeoꝝ malignitas: et mulieris feruens credulitas. Manifestat xpi benignitas in hoc. q curauit demoniacū mutuz. i. quē diabolꝰ fecerat esse mutū. Addit ⁊ matheꝰ q etiā erat cecus. vñ tria miracula simul fecit. qz restituit ei loquelā: visum: et a demonio liberauit. Qō miraculū quotidie facit ī peccatoribꝰ penitētibꝰ. quibus restituit lumē mentis amissum. De loqla triplicis ꝓfessionis. scz laudationū dei: admonitionū pximi: et peccatoꝝ sui ab operibꝰ diaboli detentū absoluit. de q̄bus mirant merito turbe iudeoꝝ. Malignitas ostendit. qz quidā eoꝝ dicebant. ī belzebub pncipe demoniorꝝ eijcit demonia. Alij temtatōis causa ⁊ calūnie signū q̄rebāt de celo. vt mugire tonitrua: chorruscare fulgura et hmōi. Que xps nō fecit. qz nō ex hoc credidissent sed calūniassent. assignassent ea vl causis naturalibus vel demonū inuocationibꝰ: sed ex occultoꝝ cognitione insinuat deitatis sue veritatē.

De eoꝝ locutōe ꝓbat multipliciter falsitatem in ipoꝝ pfida obstinatōe ⁊ prauitate pessimitate. et deitatē quidē suā primo oñdit. qz cognouit cogitatōes eoꝝ. Nā illud q in belzebub eijceret demonia dicebāt in corde suo vel ita plane inter se q nō poterat audire. dei aūt est ppriū scire occulta corduū ꝺm illud Salomonis ad deū. Tu solꝰ nosti corda filioꝝ hoīm. et ps. Deus q nouit abscōdita cordis. Et si demones videant aliq̄ scire. hoc nō est nisi ꝓiecturaliter inquantū p signa aliq̄ nō solū verba ꝑ ⁊ nutus ꝓpendūt de interiori dispositōe. vt dicit Aug. xxvj. q. iij. Sciendū Cū ḡ xps ostēderet se scire cogitatōes eoꝝ ꝓ verba q̄ secuunť: ꝓbat euidenť se deū. Ulū dicit euā gelista. Ut aūt cognouit cogitatōes eoꝝ. Secundo falsitatē locutōnis iudeoꝝ cōfutat q̄drupliciter. Primo deducendo ad inconueniens sic. Si xps eiecisset demoniū in virtute principis demonioꝝ. sequereť istud q esset diuisum regnum eius ⁊ dominiū q̄ dñať in mūdanis. et exinde q esset desolatū ⁊ annihilatū. qz hoc expientia rez magistra docet: q oñe regnū ī seipm diuisuz desolabiť ⁊c. Sed hoc est incōueniēs dicere. qz clare apparet ꝓtrariū scz q nō est desolatū vel diminutū dñium diaboli in mūdo tpe xpi: sed maxie regnabat in gentibꝰ ꝓ idolatriā: in iudeis ꝓ inobedientiā mandatoꝝ ⁊ pfidiā. Si ḡ nō erat desolatū reguū diaboli: ergo nec diuisuz. Si nō diuisum: ergo vnꝰ nō expellebat aliū. Qz si vnꝰ nō expellit alium. ergo nec xps in virtute belzebub

ẽijciebat. Secunda ratio est per locum a minori. Nam aliqui alij qui eijciebant demonia vt apostoli vel exorciste erant minores christo. Jpe enī dederat eis illam potestatē. et salomoni scientiā illam exorcismoꝝ aduirandi demones et expellē di. vt dicit di. xxj. §. j. Et tñ nō dicebant de apostolis vel exorcistis q in virtute belzebub eijcerent demones: ergo multo minus debebāt de se qui erat maior hoc dicere. Et hoc est quod dicit Si ego in belzebub eijcio demonia: filij vestri apostoli vel exorciste qui ex vobis descenderūt in quo eijciunt. Jdeo ipi iudices vestri erunt ad cōuincendū de vra falsa estimatōe. porro si in digito dei eijcio demonia qđ exponēs matheꝰ dicit. Si in spū dei q digitꝰ dicit. qui ꝓcedit a filio q ōr manus dei sicut digitus a manu z ꝓpr distincta mūera eiꝰ sicut digitꝰ hz plures articulos seu distinctas pticulas: ꝓfecto puenit in vos regnuz dei. ad qđ debetꝫ accedere credēdo: z recedere a regno diaboli qđ est destruendū. Tercia rō est p locū ab exēplis. Videmus nāq q victor in aliq bello vtiq non eget auxilio victi pfecte. Sed cū diabolꝰ q dicit fortis in naturalib⁹. armatꝰ i malicijs. custodiebat atriū suū. i. mundū vbi habitabat ne illud amitteret oia erāt in pace carnali. qz nō erat q resisteret vicijs suggestis p eū. Veniēs aūt dei filius in mundū fortior eoz certamē forte cōtra eū agēs. qz vt ōr Joh. iij. Venit filiꝰ dei vt dissoluat opa diaboli. eū vicit: fm illō Aug. manu inermi et affixa cruci debellauit aereas potestates. Et ita pfecte: q arma diaboli abstulit. scz malicias eius detegēdo p doctrinā z debilitādo p meritū passionis: et spolia distribuit. i. aīas qs deo abstulerat z sibi subiugauerat ab eo remouit p ꝓuersionē eaz ecclesie assignauit. ergo nō eget xps auxilio belzebub: cum sit oīno victus ab eo. Quarta rō est p locū a ꝓtrarijs. Nā ꝓtrariorum regula est. mutuo se expellere: nō vnū alterū iuuare ad suū effectū ꝓducendū. Sicut sanitas non iuuat infirmitatē ad corꝓ infrimandū z ecōtra. xps et diabolus sunt ꝓtrarij in se z in suis opib⁹. Nā xps optimus plenꝰ oī sanctitate. diabolꝰ pessimus plenꝰ oī malignitate. xps optat z operat ad salutē hoīm. diabolus cupit z laborat ad pditionē eoz instigādo eos ad vicia. nō ergo xps in ꝓcurādo hoīm liberationē a diabolo vtit auxilio belzebub in eijciēdo demones: cū intendant in hoies intrare p effectū malicie nō inde exire. Et hoc est qđ dicit. Qui nō est mecū. i. mee voluntati cōformis ad salutē hoīm ꝓcurandū vt diabolus cōtra me est. z q nō colligit mecū cooperādo ad inducendū hoies ad bonū: dispgit hoies abvnitate segregādo vt diabolꝰ. Tercio ꝓncipali xps ꝓnunciat pessimitatē ad quā vēturi sūt ex sua pfidia z obstinatōe in eo qđ subdit. Cū immundus spūs exierit ab hoie ambulat p loca arida et inaquosa ꝛc. Spūs iste diabolus est. q exiuit a ppło iudeoz: qñ recepta lege dimiserūt ritꝰ idolatrie egptioz. Eiectus aūt diabolꝰ p debitū cultū veri dei. accessit ad mētes gentiliū q erant aridi q ad humorē gre: et loca inaquosa q ad pri

duo accepit gentium pplus est fidei atq confessi one filij iustificatus ꝛ patris dñi nostri iesu christi q̄ dñm nostrum iesum christum deū atq hoiem: ex spū et carne confessus est. Sicut em̄ popul⁹ iudeorum omne sacr̄m quod in quinq talētis.i. in lege cognouerat.idipm fide euangelij duplicauit ita iste populus gentilis incremento duox talentox intellectū atq opationem ꝓmeruit. Qui au tem vnū acceperat qō abscondit in terram. ppls est in lege ꝓsistens.qui ꝓpter inuidiā saluandax gentiū in terra acceptū talentū abscondit. In ter ra em̄ talentū abscondere:est noue p̄dicatōis glo riam sub obtrectatione corporee passionis occul tare. Aliter vni dedit: v. talenta t̄. per q̄nq talē ta possunt intelligi q̄nq genera bonox que deus ꝓfert aliq̄bus ex seruis suis. Vt p̄mū sit bonum nature.s. corpis ꝛ aīe cum suis potentijs.scōm sit bonū fortune vt diuitie potētia gloria ꝛ hmōi. ter cium sit bonū gr̄e gratumfaciētis cum virtutib⁹ ꝛ donis: quartū sit bonum gratie gratisdatevt p phetia opatio miraculox ꝛ hmōi. quintum sit bo nū glorie.i. eucharistia vbi realiter est ip̄e deus q̄ est ꝓsummatio oīm sacrox ꝛ finis.i. eius ꝓficiēdi ꝛ administrandi facultas vt in sacerdotibus. hec quinq genera bonorū aliq̄bus dedit ꝺeus. q̄ ea multiplicarunt inquantū debite se exercentes in eis meritum auxerunt gratie ꝛ glorie. Duo autez accipit q̄ recipit et bona nature ꝛ bona gratie gra tumfacientis. et si alia deessent vel pax de eis qō cōe est oībus in baptismo. et postmodū iteruz in in vera pnīa. Qui ea duplicant. qñ recte eis vtū tur vel ad dilectionē dei ꝛ ꝓximi referunt. Vnū autez accipit ꝛ nulli negak̄. s. bonum nature. q̄ et hoc abscondit: cum non sequitur dictamen ratio nis. sed abscondit in terrā cum rationē obfuscat: terrenis se implicans. vnicuiq dedit ſm ꝓpriaz virtutem. Ptum ad talenta doctrine ꝛ cognitio nis dat deus ſm virtutē capacitatis. Ptū vo ad talenta gratie ꝛ vtutū dat ſm virtutē conatus ad ea recipienda. Et ꝓfectus est statim. glo. nō locū mutans ſ liberā eis ptātem opandi ꝓmittens: et suo arbitrio relinquens. Qui ḡ q̄nq talenta ac ceperat opans cum eis lucrak̄ alia quinq: cū ex ercens se in bonis receptis in docendo vel in sen sationibus corpis ꝛ aīe potentijs in bonis tpali bus in virtutibus ꝛ gratijs gratisdatis ꝛ sacramē tis merita multiplicat. Siliter qui duo tantundē lucrak̄. Qui vnum nō exercet. est q̄ ocio ꝛ omissi one marcet. Post multum vo tpis. Ideo ꝟ dicit ait hiero. q: grande tps est inter ascensionē sal uatoris ꝛ scōm eius aduentū. In quo etiā inquit Criso. Vidi dñm etiam vbiq nō ꝓfestim ꝺxpetē tem rōnem vt discas eius longanimitatem. Vel etiam ſm Origen. Post multū tēpis.i. postq̄ di misit aptos ad negociandū animax salutem. Et ideo forsitan non facile inuenik̄ quis ex eis q̄ apti fuerunt ad hmōi opus vt cito transeat de hac vi ta. Sicut manifestum est ex eo qō apostoli senue rint. vt patet de petro ꝛ paulo. Venit dominus seruorux illox. Origen. obserua in ꝟ loco q: nō ſ ui ad dñm vadunt vt iudicenk̄: ſ dominus venit ad eos cum tps impletū fuerit. s. ꝓordinatū. ꝛ po suit rationē cum eis. Hiero. In rōne ponenda iu dicij est examen. Augustinus. Alia. s. bruta de suis factis nullā rationem reddītura sunt: q: rati onem nō habēt. hoies vo q: rōnabiles sunt facti de se ꝛ de omnib⁹ ꝛeb⁹ q̄s in vsum vite p̄sentis acceperūt: rationē reddituri sunt deo. ꝛ ꝓ actuuz suox qualitate recipient aut penā aut gloriā. xv. q. j. §. ex eo. Greg⁹ in omel. Hec lectio considera re nos admonet. ne q̄ plus ceteris in hoc mundo recepisse cernunk̄: ab auctore mundi grauius iu dicenk̄. Cum. n. augenk̄ dona ꝛ rōnes donox cre scunt. Tanto ḡ humilior quisq debet esse ex mu nere: quanta se obligationem ꝓspicit in reddēda ratione. Et accedēs q̄ q̄nq talenta accepat. Ori gen. Fiducia fecit eum auderevt ad dñm p̄mus accederet. Et fuus iste q̄ geminata retulit talen ta a dño laudak̄: atq ad eternam remuneratōez ꝓducik̄. Vñ subdik̄. Euge serue bone ꝛ fidel. Ra banus. Euge interiectio est letātis. ꝓ qō gaudiū suū dominus exprimit: q̄ bene laborantē seruum ad gaudium eternum inuitat: de quo ꝓpha ait. Letificabis nos in gaudio cū vultu tuo. Serue bone. Criso. Qui de bono loqtur qō est ad ꝓxi mū. Fidelis. q: nihil eox que sunt dei sibi approp at. Quia sup pauca fuisti fidelis. Hiero. q: oia q̄ in p̄nti habem⁹ licet magna videank̄ ꝛ plurima: tñ compatione futurox parua ꝛ pauca sunt. Su pra multa te constituā. Tunc ſm Greg. sup mul ta ꝓstituik̄: quando deuicta ois incorruptōis mo lestia de eternis gaudijs in illa celesti sede gloria tur. Tunc etiā ad dñi sui gaudiū pfecte intromit tik̄ qui in illa eterna patria assumptus atq ange lorū cetibus sic interius gaudet de munere vt nō sit quod exterius doleat de corruptione. Hiero. Quid aūt maius dari pōt fideli seruo q̄ esse cuz dño et videre gaudiū dñi sui? Per hoc em̄ vbuz ait Criso. omnē beatitudinem ostendit Aug. hoc em̄ erit plenū gaudium nostrum: quo ampli⁹ nō est frui deo trinitate. ad cuius imaginē facti sum⁹ Accedēs ātꝛ q̄ duo accepat t̄. Orige. Intellige accessum: transitū ex hoc mūdo ad illum. Utriq seruo ait hiero. s. et qui de quinq decem fecerat ꝛ q̄ de duobus talentis quatuor fecerat idē patris familias sermo blandik̄. vtrunq etiā simili gau dio recipit. nō cōsiderans lucri magnitudinē sed studij voluntatē. Et inde ait Orige. qm̄ eadē di cta sunt ambobus. s. intra in gaudiū. ne forte qui minorē habuit virtutē ꝛ totā illā quā habuit ſm qō oportebat exercuit: nihil min⁹ habitur⁹ sit apō deū q̄ ille q̄ fuit in maiori virtute. hoc em̄ solum querik̄. vt qō habuerit homo ex deo toto eo vtak̄ ad gloriam dei. hec sane intelligenda vicz vt om nes q̄ virtuose opank̄: licet vnus altero copiosiuſ ꝛ ꝓfectius: simili gaudio fruank̄ in genere: q: om nes deo fruunk̄ ꝛ oīno quietank̄ in dei visione. ſ in particulari illi limpidius videant ꝛ pleni⁹ fru antur. q̄ hic ardentius deū dilexerūt ꝛ gaudio ac cidentali plus recipiunt: q̄ ꝓ deo hic laborauerūt plus. Accedens aūt ꝛ qui vnū talentū acceperat Hiero. Vere qō scriptum est. ad excusandas ex/

cusationes in peccatis etiã huic seruo cõtingit vt ad pigriciã ⁊ negligentiam supbie ꝯz crimen ad/diceret. Qui eñ debuit inertiã simplr confiteri et orare patrẽfamilias:ecõuerso calũniaꝝ ⁊ dicit se prudenti fecisse ꝓfilio. nedũ lucra pecunie querẽt: etiã de sorte piclitareꝝ. vñ dic. Dñe scio q; homo durus es ⁊c. Origc. Clere dur⁹ est dñs his q̃ misericordia ei⁹ abutunt ad negligentiã nõ ad ꝓuersionẽ. Ihiero. Si nõ ꝓuertimur:si duri colli sum⁹: si vsqz in finẽ in malis ꝓseueram⁹:assidue peccantium nõ miserꝝ de⁹. di. xciij. dyaconi. Abet vbi nõ seminasti colligis vbi nõ sparsisti. Origen. Intelligimus q̃ vere dominus noster metit vbi non seminauit. qñ iustus semiat in spũ. ex q̃ metit vitã eternã. Congregat etiã vbi non spargit. q; sibi cõputat esse collata q̃cunqz in paupib⁹ fuerint seminata. Clel fm hiero. Intelligim⁹ ꝓ hoc etiã gẽtilium et philosophorum vitam bonam quã recepit dominus scilicet vt ducat ad fidem. Timui eñ te. Gregorius. Sunt plerigz intra ecclesiam. (quoꝝ iste seruus imaginẽ tenet) qui melioris vite vias aggredi metuunt:et tamẽ iacere in sui corporis ignauia nõ ptimescunt:cunqz se peccatoꝝ esse ꝓsiderant:sanctitatis vias accipere trepidãt: vl fm hilarium per hunc seruum populus intelligitur iudeoꝝ in lege ꝓsistens. dicens. Timui te. tanꝯz metu veterum preceptorum ab vsu euangelice libertatis abstineat. dicatqz. Ecce quod tuum est. s. talentum. veluti in his que a domino precepta sunt fuerit immoratus: cum tamẽ sciuerit mercendos illic infidicie fructus: vbi lex sata non sit. ⁊ colligendos ex gentibus qui nõ ex abrae sũt stirpe dispersi. Sed quod putauerat se ꝓ excusatione dixisse ait hiero. in culpam ꝓpriam vertitur. Unde sequitur. Respondit ei dom⁹. Serue male piger. Seru⁹ mal⁹ ꝺꝛ ait hiero. q; calũniã dño facẽ piger quia talentũ noluit duplicare. vt in altero supbie ⁊ altero negligentie cõdemneꝝ. oportuit ergo te committere pecuniã meam numulariis. hiero. Si inquit durum ⁊ crudelem me esse noueras et talia sectari tu scires. i. scire debẽs me mea diligentius quesiturum: ⁊ dares pecuniam meam numulariis. Pecunia predicatio est euangelij et sermo diuinus qui dari debuit numulariis vel ceteris doctoribus. quod fecerunt apostoli ꝓ singulas prouincias presbros et episcopos ordinantes. vel cunctis credẽtibus qui possunt pecuniam duplicare ⁊ cum vsuris reddere. Ut qꝫ sermone didicerunt opere explerent. Unde dicit Et veniens cum vsuris exegissem quod meum ẽ Gregorius. Sicut piculum doctoꝝ aspicit si dominicam pecuniam teneant. i. doctrinã:ita et auditoꝝ. quia cum vsuris ab eis exigitur quod audierunt. vt. s. ex eo quod audiunt studeant etiam intelligere non audita. adde et operari. Unde nicolaus papa. Sicut non leue discrimen incumbit pontificibus siluisse quod congruit:ita nõ mediocre quod absit periculũ est his q̃ cum debent parere despiciunt. di. xliij. dispensatio. Cum vsuras exegissem. vt vsuram vocat multiplicationem bonorum concessoꝝ spiritualem. de qua vsura spirituali dicit Leo papa. Fenus exercere debem⁹ ꝫ solũ ⁊ aspicere. vt quod hic misericorditer tribuimus a domino qui multipliciter ⁊ in ꝑpetuũ mãsura tribuit recipere valeamus. di. xl vj. sicut nõ suo. Gregorius pigrum seruum qua sentẽtia dominus feriat audiamus. Tollite aut dominus ei talentum. ⁊ date ei qui habet decem talenta. Gregorius. Opportunum videbatur vt ei potius q̃ duo talenta acceperat ꝯz qui quinqz dareꝝ illi. n. dari debuit qui minus habuit. Sed cum ꝓ quinqz talenta scientia exterioꝝ designaꝝ, per duo autem intellectus ⁊ operatio. plus habuit qui duo ꝯz qui quinqz talenta accepit. quia qui ꝓ talẽta q̃ncqz exterioꝝ administrationem meruit:ab intellectu eternoꝝ adhuc vacuus fuit. Unũ ꝫ talentũ ꝓ quod intellectum signari diximus. illi dari debuit: qui bene exteriora q̃ acceperat ministrauit. quod quotidie in sancta ecclesia cernimus. vt etiam intelligentia interna polleant qui exteriora fideliter administrant. Clel fm hiero. dat talentũ ei qui decem fecerat: vt intelligamus licet equale sit gaudiũ in vtriusqz labore:scz qui quinqz et qui duo duplicauit tñ maius debeꝝ eis premiũ q̃ plus in domini pecunia laborãt Equale intelligitur in genere vt supra dictum est. Omni eñ habẽti dabit ⁊c. Qui gratiam sermonis et doctrine habet ad ꝓficiendũ: nõ tenens ea inquit Crisostom⁹ gratiam pdit. Qui aũt studiũ adhibet: amplius attrahit donũ. ei aũt qui nõ hꝫ auferꝝ ab eo. hiero. Adulti cum sint sapientes naturaliter ⁊ habeant acumen ingenij. si fuerint negligentes: ⁊ desidia bonũ nature corrumpunt: et premiũ quod eis fuerat repromissum videꝝ ad alios transire. Potest etiam sic intelligi. Qui fidez hꝫ ⁊ bonã in domino voluntatẽ. etiã si quid min⁹ in opere vt hõ habuerit. dabit a bono iudice. qui aũt fidẽ nõ hꝫ etiã ceteras virtutes q̃s naturaliter videbaꝝ habere ꝑdet. Clel etiã fm Grego. qui charitatẽ nõ habet: ⁊ ea etiã que ꝑcepisse videbaꝝ amittit. seruus aũt malus ait Crisо. nõ solũ damno punit⁹ ꝫ etiã intolerabili pena. Ubi subdit. Inutilẽ seruũ mittite in tenebras exteriores. Ubi ait Origenes Nulla illuminatio est forsitã nec corpalis: neceꝫ respectio dei illic quasi indiguis speculatione dei Et inde ait Crisо. q; nõ q̃ rapit aliena aut q; male opaꝝ punit⁹ sed etiã qui bona nõ facit.

Parabolã de de/cem virginibus q̃ncqz prudentibus ⁊ q̃ncqz fatuis solus Mat. refert. ex q̃ ostdit q̃ nõ sufficit agere q̃ sit de gñe bonoꝝ: nisi fiant cũ debito mõ. s. i charitate. vel cũ leticia spũali. q̃ ꝓcedit ex puritate intentionis in bonis operibus. vel cũ misericordia et alijs virtutibus. q̃ꝝ quodlibet signaꝝ ꝓ oleum Dicit q̃ ihesus. Simile tunc erit. s. in iudicio futuro de quo loquebaꝝ. regnũ celorum. i. presens ecclesia. fm Greg. decem virginibus q̃ exierunt obuiam sponso ⁊ sponse ⁊c. Multipliciter a diuersis exponit. Scõm Crisо. Ideo dñs ponit pabolaꝝ in virginũ ꝑsona vt ostẽdat q̃ licet virginitas sit magnũ quid. est eñ gradus summus in castitate

§. x.

que debet esse in fidelibus. s. ꝓiugalis ⁊ vidualis vel virginalis. tamē si ab operibus misericordie sit deserta: foris cum adulteris ejiciet. Ūñ et hiero. qui non habet clementiā nec est indutus viscera misericordie ⁊ lachrymarum. cuius spūalis videat nondū impleuit legem christi. dist. lxxxvj. Decem aūt dicunt q̄rū quinq; prudentes ⁊ quinq; fatue. quia ſm Greg. in quinq; corpis sensibus quisq; subsistit. Geminatus aūt quinarius denariū ꝓficit. qui numerus est primus limes numerorum. vnde ⁊ vniuersitatez signat. et q: ex vtroq; sexu fideliuz multitudo colligit. sancta ecclesia similis decem virginibus denunciat. in qua q: admixti sunt boni cū malis ⁊ electi cum reprobis: ex his decē virginibus quinq; dicunt prudentes et quinq; fatue. Vel ſm Hugo. virgines dicūt omnes q̄ receperunt verbum dei. i. fidem. q: cū x̄bus dei sit summa mundicia. i. sine falsitate: accōmodat de sua mundicia his qui recipiunt. i. credunt vt. s. sint liberi ab ydolox cultura ⁊ alijs erroꝛib⁹ Vel ſm hiero. Quinq; dicunt prudentes ⁊ q̄nq; fatue. prudentes vicz q̄ quinq; sensus habent. festinantes ad celestia ⁊ superna desiderantes de visu eñ auditu et tactu spūali dictum est. s. p Johannē. Q̄d vidimus quod audiuim⁹ q̄d oculis nostris ꝓspeximus ⁊ manus nostre attractauerūt de verbo vite. De gustu ait ps̄. Gustate ⁊ videte q̄m suauis ē dñs. De odoratu in cāticis. In odore vngentoꝛum tuoꝛ currim⁹. Alij sunt terrenis fetibus inhiantes. s. mente terrena cogitantes q̄d est videre: amantes: quod est palpare. ab alijs ꝓcipientes: q̄d est audire. ad fetoꝛem malorum exemploꝛ se inclinantes. quod est odorare. ⁊ in vicijs se delectantes: q̄d est gustare. Et hi sunt p q̄nq; fatuas designati. Vel ſm Aug. in omel. Quinq; prudentes ⁊ quinq; fatue. signāt quinq; ptā continentiā ab illecebus corpis. Continendus ē eñ ai appetitus a voluptate oculoꝛ. auriū. olfaciendi. gustandi et tactus. Sed ista continētia ꝑt reperiri in bonis et malis. Partim eñ coz̄ deo fit ab illis. s. q̄ ad hmōi se ꝓtinent vt ei placeant ī interioꝛ gaudio ꝓscientie. q̄d exurgit ex pura intētione. s. placendi deo ⁊ hmōi. ⁊ hi sunt prudētes virgines. Prudentia eñ pmaxime respicit debitum finem. iuxta illud. prudenter agas ⁊ respice finē. Partim x̄o seruāt ista ꝓtinentia que virginitas dicit. q: abstinet se ab hmōi delectationibus sensuū coram hominibus tm̄. ab illis. s. qui hoc faciunt ꝓpter glouā humanam. et hi sunt quiq; fatue q̄ nō bene de fine iudicant. Utreq; tamē virgines vt qui vnā habet habeat oēs. sic et sensus omnes alterutrū se subsequunt. ꝓpterea necesse est vt omnes quinq; sensus sint aut prudētes aut oēs fatui. Vel ſm hilariū. In quinq; prudētib⁹ et quinq; fatuis. fideliū atq; infideliū cōstituta ē oratio. i. locutio absolute. et ſm hoc oleū in vase. erit fides cum operibus in ꝓscientia quam infideles nō habent. Quinq; igit prudentes sumpserūt oleū in vasis suis cū lampadibus. fatue x̄o nō acceperūt oleū. Istud oleū ſm diuersam expositionē positam sic diuersim̄ode accipit. q: ſm ꝑmam signat charitatē vel misericordiā ſm effectuz ei⁹. ſm illud Eccs. Oleū de capite tuo. i. mente non deficiat. Actum ad secundam signat deuotionez ſm illud Mat. v. Unge caput tuū. Scōm terciā que est aug. signat leticiam spūalem ex pura intētione ꝓcedentē. ſm illud ps̄. Unxit te deꝰ oleo leticie. Scōm quartā hilarij signat fidem cū opere eius. Vasa signant coꝛda vel cōsciam. Lāpas ex qua apparet lumen signat opera. De vase oleum ponit in lampade ad nutriendū lumen. q: ex charitate vel deuotione vel spūali leticia vel fide vera habituata in mente ad actum ꝓcedit bonum vt luceant alijs p exemplū. quod faciūt boni nō aūt mali. q: oleum deficit eis. Vel etiaz ſm Criso. Oleum signat verbum doctrine quo vasa aiarū implent. nihil eñ sic cōfortat sicut moralis sermo. Conseruat eñ lumen fidei ⁊ charitatis ignem. Accipiunt ergo prudentes virgines oleum q̄d satis sit eis tardente exitu. s. mortis. fatue et si acceperunt lampades in primis accensas: tñ q: ñ acceperunt tantū oleum q̄d sufficeret eis vsq; ad finem negligentes circa successionē doctrine que confortat fidem et lumen bonoꝛ actuū: ideo extincte sunt lampades eaꝛ. quod dicit de vtriscz. Exierunt obuiam sponso ⁊ sponse. Scōm hilariuz sponsus et sponsa ꝑsonā dici due nature in christo. vna ꝑsona. s. verbū vt sponsus: natura humana sibi vnita vt sponsa. Vel sponsus christus sponsa ecclesia triumphans. Apoca. Vidi ciuitatē sanctam hierusalem descendentē de celo vt sponsaz Obuiam aūt vadūt ad christi aduentum: q: cōtinue ad mortē tendimus. Ūñ ad nuptias celestes admittimur alij excludimur. Mora aūt faciente sponso dormitauerūt oēs ⁊ dormierunt. Mora ista est tp̄s q̄ differt finis vite humane. vl finis mundi. Dormire aūt ſm Grego. mori est. Dormitare x̄o ante somnū est ante mortem a salute langueſcere. q: ꝑ pōdus egritudinis puenit ad somnum mortis. vt quo ad finem particularē cuiuslibet dormire: ⁊ dormitare est in expectatiōe remunerationis requieſcere. q̄d fit ſm plus ⁊ min⁹. Ut ſm Hugo. Tardante sponso ad ꝓsummationem vite patiunt aliq̄ sensus dormitantes ⁊ quasi in nocte mundi agentes ⁊ dormierūt vt puta remissius agentes a sensu illo vitali. Nō tñ lampades ꝓdiderunt vel de cōseruatione olei desperauerūt prudentes virgines. Ūñ sequit. Media aūt nocte clamoꝛ factus est. hiero. Traditio est iudeoꝛ xp̄m media nocte ventuꝛ in silitudinem egyptij tp̄is qñ pascha celebratū est ⁊ extermiatoꝛ venit. Unde et reoꝛ traditionē apostolicā pmansisse vt die vigiliaꝛ paſche q̄los a noctis dimidiū dimittere nō liceat expectantes xp̄i aduentū. Vel media nocte. i. nullo sperante vel sciente. Ūñ hiero. Subito ⁊ quasi intempesta nocte securis oibus. qñ grauissimus somnus est. ꝑ angeloꝛ clamoꝛē ⁊ tubis precedentiū fortitudinum christi resonabit aduentus. Ecce sponsus venit. Hylarius. Tuba eñ excitante. i. virtute diuina sponso tñ obuiam ꝓcedit. Erunt eñ iam ambo vnū. i. caro ⁊ deus. q: in gloriam spūalē hūilitas carnis transforma/

ta erit. Vel fm Aug. q dicit sponso obuiã venire virgines. Exite obuiã ei. sic intelligendũ puto vt ex ipsis virginibus ꝓstet ea que dicit sponsa: tanq̃ si oibus christianis in ecclesia cõcurrentibꝰ filijs ad matrẽ ꝓcurrere dicat cũ ex ipsis filijs congregatis constet ea que ór mater. Hũc em despõsata est ecclesia ꝛ ẏgo est ad nuptias ꝓducenda. illo tpe quo vniuersa mortalitate in ea ꝓtereunte in mortali ꝓiunctione hẽat. Vel fm Orige. Ade dia nocte. i. in altitudine remisse negligentie. clamor factus est. i. instigatio angelorꝫ ꝛ bonum clamantiũ in sensibus dormientiũ. i. negligentiũ. Et suggestionẽ hanc omnes audiũt ꝛ surrexerũt. nõ aũt omnes ornatũ decenter lampadibus imposuerunt sed prudentes. Unde ór. Tunc surrexerũt omnes virgines. Grego. Omnes virgines surgunt. q; oĩs ꝛ electi ꝛ reprobi a somno siue mortis excitant. lampades ornãt. q; secũ opa numerant pro quibꝰ eternã beatitudinẽ expectãt. Vel fm Aug. Ornauerunt. q; rationes reddẽdas operuz suorum aptauerũt. Vel fm Hylariũ. Lãpadũ assumptio animarꝫ redditus in corpora. Earũq; lux est cõscientiã boni operis eluceſcere que vasculis corporũ ꝓtinet. Fatue aũt sapientibus dixerunt ꝛc. q; lampades nostre extinguunt. lãpades fatuarꝫ extinguũt. q; earũ opa q̃ clara hominibus foris apparuerant in aduentu iudicis intus obscurant. Date nobis de oleo vestro. Gre. Quid est q; a prudentibus oleum petunt. nisi q; in aduentũ iudicis. cũ se intus vacuas inuenerit: testimoniũ foris querunt. ac si a sua fiducia decepte dicant ꝓximis: q; nos quasi sine ope repelli cõspicitis: dicite de nostris operibus quod vidistis. Aug. Quorꝫ facta aliena laude fulciunt ea/dem ꝓ subtracta deficiunt. Cũ ex eo q; lampades suas extingui ꝓquerunt: ostendunt eas ex parte lucere: ꝛ tñ nõ habent lumen indeficiens nec opa ꝓpetua. Si quis igit habet aiaz virginalẽ ꝛ amatoz est pudicicie. nõ debet mediocriter eẽ ꝓtentus his que cito excrescũt. ꝛ cito caumate arescunt: ꝫ pfectus virtutes sequat vt lumen habeat sempiternũ. Non solum aũt he virgines fatue fuerunt qñ hinc recesserunt miscȯia carentes sed cũ estiabant se accepturas ibi vbi importune quesierunt Quis aũt illis virginibus prudentibꝰ nihil misericordius sit que ꝓpter misericordiã sunt approbate: nõ tñ sua petitione stulte petite sunt. Cũ sequit. Rñderunt prudentes dicentes. Ne forte ñ sufficiat ꝛc. Hinc discimus q; nullus nr̃m adiȷcere ibi poterit opib⁹ cum quibꝰ inuenti fuerimus. Et fm Hiero. Nõ est hec rñsio prudẽtiũ de auaricia sed de timore. neq; pũt in die iudicij aliorꝫ virtutes aliorꝫ vicia subleuare. Dant aũt ꝓsiliũ q; non debeant sine oleo sponso occurrere. Hiero. vẽditur hoc oleũ. et multo precio emit ac difficili labore cõquerit. qȯ nõ solũ in elemosynis ꝫ in cunctis virtutibꝰ ꝛ ꝓsilijs intelligim⁹ magistrorꝫ. Dicunt aũt prudẽtes. ne forte nõ sufficiat nobis ꝛ vobis. q; fm Aug. alieno testimonio nõ adiuuat quisq̃ apud deũ: cui secreta cordis apparent. vt vix ꝺsq; sibi sufficiat: cui testimoniũ ꝓhibeat cõscientia sua. Ite potius ad vendentes. i. ad doctores fm Orige. ꝛ emite vobis. i. ab eis accipite ꝛ p̃ciũ eoꝝ pseuerantia ꝛ amoz discendi. ꝛ diligentia ꝛ laboz cupientiũ dicere. vel fm Aug. Ite potius ꝛc. Ex isto verbo nõ sunt putande dedisse ꝓsiliũ ꝫ crimẽ eaꝝ ex obliquo ꝓmemorasse. Uendunt n. oleum adulatores. q; siue falsa siue ignorata laudando: aĩas in errores mittunt. ꝛ eis vana gaudia tanq̃ fatuis ꝓsiliando aliquam de his mercedẽ cõmodi tpalis accipiũt. ór g̃: ite ad vendentes ꝛ emite vobis. i. videamus nunc q̃d vos adiuuent q̃vobis laudes vendere ꝓsueuerunt. Uerũ q; vt ait Hiero. iã tps emendi excesserat. aduenĩẽte die iudicij locus nõ erat pnĩc. nõ noua opa patrare: ſz preteritorũ rationẽ exoluere cogunt Cũ subdit. Dũ irent emere venit sponsus. Ubi fm Crisosto mũ oñdit. q; et si efficiamur misericordes pꝰ mortem nihil hinc lucrabimur ad effugiẽdũ. sicut nec diuiti ꝓfuit q; factus est misericors post mortem ꝛ circa eos q̃ sibi attinebãt. Vel fm Orige. Dum irent emẽ ꝛc. Est inuenire q̃sdam q̃ qñ debuerãt neglexerũt discere aliq̃d vtile. In ipso autẽ exitu vite sue dũ disponũt discere ꝓphendunt a morte Vel fm Aug. Dũ irent emere ꝛc. i. inclinantibus se in ea que foris sunt. ꝛ solitis gaudere querentibus q; gaudia interna nõ nouerãt: venit ille q̃ iudicat. et que ꝓpate erant intrauerũt cum eo ad nuptias. i. fm Aug. Quibus testimoniũ ꝓsciẽtie coram deo ꝓhibebat. et intrauerũt cũ eo ad nuptias vbi mũda aĩa puro ꝛ pfecto dei verbo fecũda copulat. Et clausa est ianua. q; fm Hiero. pꝰ diẽ iudicij bonorꝫ operum ꝛ iusticie occasio nõ relinquit. Receptis em̃ illis q̃ sunt in angelicam vitã (ait Aug.) cõnumerati claudit aditus ad regna celorꝫ. Nouissime veniunt et reliq̃ virgines. Augustinus. Non dictum est q; emerant oleum. ꝛ nõ intelligende sunt nullo iam remanẽte de alienis laudibꝰ gaudio. in angustijs ꝛ magnis afflictionibus redire ad implorationẽ dei. sed magna est eius seueritas post iudiciũ. cuiꝰ ante iudiciũ ineffabilis misericordia ꝓrogata est. Dicũt ergo. Domine dñe aperi nobis. Egregia dñi appellatiõe. ait Hiero. confessio et iudicium fidei est. Sed q̃d prodest voce inuocare: quem operibꝰ negas. Vt fm glo. Dolore compulse expulsionis appellationem ingeminant dominationis. nõ vocando patrem cuius in vita sua misericordiã cõtempserũt Et rñdit. Amen dico vobis nescio vos. Augustꝰ. ex illa. s. regula. q; nõ habet ars dei. i. eius sapientia vt intrent ī gaudiũ eũ q̃ nõ corã deo ꝫ vt placerẽt hoibꝰ conati sunt fm p̃cepta eiꝰ aliq̃d operari. Hiero. Nouit dñs q̃ sunt eiꝰ. i. approbat bonos ꝛ q̃ ignorat. s. nccaria: ignorabit. i. reprobabitur. Qĩs malꝰ fm pȳm est ignorans. s. in actu electionis pcti. ꝛ licet virgines vel corporis puritate vtvere fidei ꝓfessione. tñ q; oleũ nõ habent. s. charitatis vel leticie spũalis ex pura intentione ignorant a sponso. Cõcludit. Uigilate itaq; q; nescitis diẽ neq; horã. Hiero. Intelligunt ꝺ oĩa dicta q̃ ꝓmissa sunt. vt q; ignoram⁹ diẽ iudicij: sollicite nobis bona opa prepemus. Aug. nõ solũ autem

illius vltimi tempoꝛis quo ventuꝛus eſt ſponſus ſed ſue q̄ſq̄ dormitiōis diē ⁊ hoꝛā neſcit. ad quā qui ꝓatus eſt: etiā ꝓatus erit cū illa voꝛ ſonuerit qua oēs euigilaturi ſūt. ¶ Pōt etiā ꝫ petitio ſatuoꝛ ad ꝓudētes ⁊ poſtea ad deū intelligi ꝑ ypotheſim. i. ꝑ ꝓſuppoſitionē. Cū eñ ſciant oēs reꝓbi in die iudicij nō eē locū penitendi vel materiam impetꝛandi. Unde nec petent: tñ ꝓſuppoſito q̄ petēt a ſanctis ſuffragia vel a deo miſericoꝛdiam liberationis nihil reciperent. Unſ hiero. In preſenti ſeculo ſcim⁹ ſiue oꝛationib⁹ ſiue ꝓſilijs inuicem nos poſſe adiuuari. Cū aūt venerim⁹ ante tribunal chriſti. nec iob nec daniel nec noe ꝛoga/ꝛe poſſe ꝓ quoq̄: ſed vnūq̄q̄ onus ſuū poꝛtaꝛe. xiij. q. ij. in preſenti.

Ad iſtā etiā vigi/ .§. XI.

lantiā dñs ſ. ca. xxiiij. hoꝛtatus eſt ſub exēplo patriſſamilias ⁊ ſerui diſpenſatoꝛis dicēs. Uigila/te q: neſcitis qua hoꝛa dñs veſter ventur⁹ ſit. Augu. nō ſolū aplis dixit eſſe vigilandū ſ ⁊ ſucceſſoꝛibus eoꝛ ⁊ oībus vſq̄ ad nouiſſimū ei⁹ aduētū. Unicuiq̄ veniet dies ille iudicij vltimus de quo chriſtus loquebaꝫ. Cū venerit dies eius. ſ. moꝛtis. vt talis hinc exeat qualis eſt iudicādus in illo iudicio. ac ꝑ hoc inuigilare ꝺz oīs chriſtian⁹ ne impatū inueniat cū aduentus dñi. Impatū eñ ſue/niet dies illa. ſ. vltimi iudicij: quē impatū ſueniet dies vite ſue vltim⁹. Neſcitis qua hoꝛa. Origeñ. Uani ſunt omnes ſiue q̄ ꝓſummationē mūdi ſcire ꝓfitenꝫ qñ erit ſiue qui vite ꝓpꝛie finem ſe ſcire gloꝛianꝫ: quē nemo cognoſcere pōt niſi ſpūſancto illuminatus. ſ. in hmōi. Uigilate ait Gꝛego. Uigilat q̄ ad ſpem veri luminis oculos aptos tenet. Uigilat q̄ ſeruat opando qō credit. vigilat q̄ a ſeꝛoꝛpoꝛis ⁊ negligentie tenebꝛas repellit. Inducit ad hec xp̄s exemplū dicens. Illud ſcitote q̄niam ſi ſciret pfamilias q̄ hoꝛa fur venturus eēt vtiq̄ nō ſineret pfodi domū ſuam. Oꝛig. Paterfamilias eſt ſenſus hois. i. rō domus eius aīa. fur dyabolus. Eſt aūt oīs fmo ꝓtrari⁹ q̄ non ꝑ naturalē introitū intrat ad aīam negligentis quaſi q̄dam effoſſoꝛ domus pꝛimū deſtruens quaſi naturalia aīe edificia. i. naturalis intellectus. ⁊ ꝑ ipſaꝫ diruptionē ingreſſus ſpoliat aīam vt domū. Aliquotiēs aūt inuenit q̄s furem in ipſa pfeſſione ⁊ comꝑhendens eū ꝓcuſſoꝛē ſermonē immittēs interficit ipm. vic̄ inſtigatiōe temptatōis ꝓpendēſ gladio verbi dei illud malū ꝓhibentis vincit tēptationē: ⁊ ſic quaſi dyabolū occidit. Non aūt in die fur venit. qñ. ſ. a ſole iuſticie aīa eſt illuminata hois ſtudioſi: ſ in nocte. ſ. malicie vel negligētie pmanentis. vl̄ tꝛe tēptationū vl̄ tribulationū ī q̄ nocte ⁊ ſi lumen nō ꝫ ſolis: ſaltim lucerna verbi ſ. dei. i. ſermonis diuini habens ꝓpoſitū melioꝛū et vigilantiā ne pfodiaꝫ hoc eius ꝓpoſitū nō ſpoliabiꝫ ſed expellet. Uel fm Gꝛego. Fur eſt moꝛs q̄ cū patrēfamilias. i. ſpūm doꝛmientez inuenit et impꝛepatum: domum coꝛpis diruit occidendo. et animam neſcientem ad ſupplicia rapit. Et ideo ait. eſtote ꝓati q: neſcitis diē neq̄ hoꝛam, hoꝛam vltimā dñs noſter idcirco voluit eſſe incognitaz vt ſp poſſit eſſe ſuſpecta. vt illā dū minime ꝓuidere nō valemus: ad illam ſine intermiſſione ꝓparemur. Addit etiā xp̄s exemplū de fideli ſuo dicēs Quiſputas eſt fidelis ſeruus ⁊ ꝓudens quē conſtituit dñs ſup familiam ſuā vt det illis cibū ī tēpoꝛe: Hylari⁹ dñs in coꝛ ad indefeſſaz vigilantie curam ſupꝛa fuit adhoꝛtatus. Specialiter tñ ꝓlī ꝓncipibus in ſpectatione aduentus ſui ſollicitudinem mandat. Huc eñ ſeruū fidelē atq̄ ꝓudētem ꝓpoſitū familie ſignat dicens. Quiſputas tē. qō nō imꝑtꝛat ignoꝛātiā dñi. neq̄ ſm Remigium impoſſibilitatem ꝓficiende virtutis. ſed difficultatē vel raritatē ſm gratianū de pe. di. j. §. q aūt omni. Et in dictis ꝝbis ſm glo. tres bone cōditiones ꝓpoſitoꝛ notanꝫ. Prima eſt fidelitas: dum dicit. Fidelis. Seruus fidelis eſt domino ꝓpter dñm ſeruiens. oues xp̄i nō ad lucrū ſ ꝑ amoꝛe chriſti paſcens. Fidelis eſt. qui nihil qō domini ſui eſt ꝓꝛium facit nihil de rebus dñi ſui vane ⁊ inaniter cōſumit. Scōm eſt diſcretio cū dic̄ ꝓudens. Seruus ꝓudēs eſt. q̄ ſubditoꝛ capacitatē vitā et moꝛes diſcutit. Prudēs eſt q̄ cognouit id ad quod opoꝛtet diſpēſare q̄ data ſunt. Ut det cibum in tꝑe neceſſariū opus eſt ꝓudentia ait oꝛige. vt aūt nō adimat cibos indigentiū opus eſt fide. Terciū eſt vitatio ambitionis cū dicit. Quē cōſtituit dñs. q. ſ. ſm glo. ſit vocatus a deo: nō q̄ ſe iniecerit. Et eñ ait leo papa. j. q. j. Principat⁹ quē metus extoꝛſit vel ambit⁹ occupauit. ⁊ ſi actibus ſuis vel moꝛibus nō offendat. ſui tñ initij eſt pnitioſus exemplo. Et difficile eſt vt bono pagā tur exituque malo ſunt inchoata ꝓncipio. Dicitur etiā fidelis ⁊ ꝓudens ꝓlatus eccie. ſm Oꝛig. circa redditus eccleſie. vt nō deuoꝛet q̄ ſunt vidu arū. ⁊ vt memoꝛ ſit pauper. ⁊ nō amplius teneat ſibi. q̄ꝫ his q̄ neceſſitatē patiūꝫ. Prudēs intelligitur vt intelligat indigentiū cās ꝓpter quas ſunt indigentes. Multa eñ ſapientia opus eſt q̄ vult diſpenſare eccleſiaſticos redditus: ⁊ ad hoc facit et modū ⁊ ꝓſideratiōnē dirigit. qō habeꝫ di. lxxxvj. Non ſatis. Et q̄ꝫtū ad fidelitatē. qō ait hiero. xij. q. ij. Gloꝛia epi. et. xvj. q. j. Qñ q̄q̄d habent clerici pauperū eſt. Ac etiā ſm Oꝛige. dō. fidelis et prudens. vt nō effundat rōnabilē et ſpūalem cibū q̄bus non opoꝛtet. nolēs oñdere ſe eſſe prudentē: vt. ſ. q̄ magis neceſſariū habent verbū qō moꝛes eoꝛ edificet ⁊ vitam cōponant. q̄ꝫ illō qō illuminat ſcie luce. aut ne his q̄ poſſunt acutius audire pigeat exponere altioꝛa. nene exponētes vilia contemnanꝫ ab his q̄ naturaliter ſūt ingenioſi: aut ꝑ exercitatōnē ſecularis ſapiētie acuti. Ad quod etiam facit qō oꝛ di. xliij. In mandatis.. et cap. ſit rectoꝛ. §. vlti. et. viij. q. j. oꝛtet.

¶ Criſo. dicit q̄ adaptaꝫ etiā hec ꝓabola ad ꝓncipes ſeculares. Unumquemq̄ enim his que habet ad cōmunē vtilitatē vti opoꝛtet. nō ad nocumentum ſeruoꝛ neq̄ ad pditionem ſuiꝑius. ſiue habet ſapientiam ſiue ꝓncipatum ſiue quodcūq̄ aliud. Quis aūt ait Baſilius difficile ſit inuenire in vno vt ſit fidelis et ꝓudens nō tñ impoſ/

sibile. Nec enim dominus beatificaret eum q̄ inueniri nō posset. Dicit enim beatus ille seruꝰ quē cum venerit ꝛc̄. Sup omnia bona sua ꝓstituet eū ſm Orige. vt. ſ. cōregnet cum christo cui omnia sua tradidit pater vt sint et ipſi dispensatores super omnē creaturam. Vel ſm hylarium. Super omnia bona id est in dei gloria collocabitur q̄ nihil est vltra quod melius sit. Et ſm Rabanū nō vt soli sed vt p̄ ceteris eterna p̄mia habeant. ſ. maiora. tum p̄o vita sua: tum p̄ gregis custodia Si aūt dixerit malus seruus ille ꝛc̄. non solū ab honore. ait Criſo. qui imminet bonis: sed etiam a pena qua minatur malis erudit auditorē dominꝰ cum dicit. Si dixerit ꝛc̄. Moram facit dñs meus venire. Mores huius describit p̄mo avana fiducia longeq̄ vite. Et vt ait Hiero. securitas parit negligentiam. negligentia offensam. de pe. dist. j. p̄dixerat. Et cepit p̄cutere conseruos. vbi nota superbiam. p̄cutit em̄ vt timeatur ꝛ vt ostēdat se dominari in clero. Ad quod optime facit q̄ habetur di. xl v. licet. cum cap. sequēti. Vel ſm Rabanum conseruos p̄cutere est conscientias infirmorum verbo vel exemplo viciare. et dis. xl v. capi. vltimo dicit̄ p̄cussor est doctor q̄ sermone inutili ꝓscientias p̄cutit infirmoꝝ. Manducet autez et bibat cum ebriosis. Hic ſm Augu. notat̄ luxuria ꝛ voluptas. Hiero. Tibi o sacerdos ō altario viuere nō luxuriari p̄mittit̄. Veniet dominus in die qua non sperat. dicit augustinus ad eſchium q̄ de tribus seruis dei p̄antibus se ad aduentum christi vno dicente q̄citius venire eū. secūdo tardius. tercio se vtunq̄ ignorare. vtunq̄. ſ. ſi citius vel tardius veniat. hic tercius magis euangelio consonat. Optat. n. quod p̄mus dicit. tolerat quod scōus sensit. in nullo errat. q̄ nil horum affirmat aut negat. Nam p̄mus si non veniat vt dicit vel credit nō solum errauit sed etiam p̄iculū incidit ne credat nō venire vnd̄e exā nō venit vt dixit. Secundus etiam potest errare si sc̄z cito veniat ꝛ videtur etiam negligentie occasionem dare. Diuidet eum dominus. Hiero. Nō est intelligendū q̄ gladio eum dissecet: sed a consortio sanctorum eum separabit. Vel diuidet eū ſm Orige. q̄ ſpūs eius id est ſpūale donum sibi collatū potestatis. ſ. vel scientie aufert ab eo: et scientiam cū corpore mittet in gehennā. Quō aūt tales serui debeant esse p̄parati ꝛ in diuersis vigilijs idē dominus ostēdit dicens discipulis vt refert Lucas xij. cap. Vigilate. et marcus refert dīm dixisse vigilate: nescitis q̄n dominus veniat. Sero an media nocte: an gallicantu an mane? Ne cū venerit repente inueniat vos dormientes. Hiero. qui dormit nō corpora vera sed fantasmata intēdit. et vacuus vigilat de his que viderat. Sic nimirū sūt quos mundi amor rapit in vita. deserunt vitam quod somniabant p̄ certo. Theophil⁹. Ideo tēpus aduentus sui nobis occultauit. quia nob̄ expediebat. Nam si nunc ignorantes finem non curamus. quid faceremus si finem sciremus? malicias nostras differemus vsq̄ ad vltimum. Sero ex istis q̄ quis morit̄ in senectute, media nocte: cum moritur in iuuentutis medio. gallicantu cuz ratio in nobis complet̄. Cum em̄ incipit puer ſm rationem viuere: tunc gallus in eo vociferatur. i. instinctus rationis excitans a somno sensualitatis. Mane est puerilis etas.

Parabolam de §. XII.

seruo narrat solus matheus. cui cū dominꝰ humilianti se remisisset. x. milia talenta. q̄ postea cōseruo sibi debitori in centum denarijs petenti dilationem ad soluendū dare noluit: iratus p̄tra eū dominus: totū debitū relaxatum repetijt ꝛ tortoribus p̄pter hoc tradidit. Vbi ostendū ꝛ diuīe clementie plenitudo: ꝛ fraterni odij magnitudo et ingratitudinis punitudo. Et p̄mo ostendit̄ immensa dei clementia in remissionem pct̄oꝝ penitentibus. Cū em̄ immediate dixit petro interroganti. si fratri delinquenti deberet dimittere vsq̄ septies. Et christus respondisset. Nō dico tibi septies sed vsq̄ septuagiessepties. i. omnes transgressiones quod hinc trahit. Aug. Nam lex p̄ denariuz signatur. quia in decem p̄ceptis cōmendat̄. peccatum xō p̄ vndenarium. quia transgredit̄ denarium. Septenarius signat vniuersitatez. quia septem diebus voluit̄ tempus. ducto aūt septenario nūero p̄ vndenariū. i. septies vndenario multiplicato: ꝓstituunt̄. lxxvij. Oia q̄ pct̄a voluit dimitti penitenti vere. Et ad h̄ inducit pabolaz dicens. Simile est regnū celoꝝ hoi regi. q̄ voluit rationē ponere cū seruis suis. Origen. dicit q̄ sicut dei filius est sapientia iusticia ꝛ veritas: ita ipse ē regnū. nō alicui⁹ eoꝝ q̄ sunt deorsū: sed oīm q̄ sūt sursuz. In q̄z sensibus iusticia ꝛ cetere virtutes regnāt q̄ facti sunt celi. q̄: portāt imaginē celestis. i. xp̄i. Hoc ḡ regnū celoꝝ. i. filius dei q̄n factꝰ ē in similitudinē carnis p̄cti. tūc silis factus est hoi regi vniens hoies sibi. Vel ſm Remigiū. regnū celoꝝ dicit̄ ecclesia in q̄ dñs opat̄: quod loquit̄ in ista pabola. Rex ḡ iste deus est cuncta regendo ꝛ gubernando q̄ creauit. p̄ seruos designant̄ oēs homines q̄s ad laudandū se creauit quibusq̄ natura legē dedit. cū q̄b⁹ vult rōnē ponere q̄n vitaz et mores ꝛ actꝰ singuloꝝ discutit. Orige. Dis vite nostre rō ponēda est cora rege. Nec h̄ dicimus vt suspicio sit ne forte res nccāriū hēat longū tps Volens em̄ deus ventilare oīm mentes. cito oia ab oibus oī tpe gesta singulis q̄busq̄ faciet i mēte ineffabili q̄dā virtute venire. Et cū cepisset rationem ponē. oblatus est ei vnus q̄ debebat decē milia talenta. Aug. q̄: lex in. x. p̄ceptis cōmendat̄ obligatio. x. talentoꝝ est trāsgressio oīm p̄cepto/rū ꝛ plenissima. Et cū nō haberet vnde redderet hō sua volūtate ꝛ sponte peccās: suo conatu nullo modo resurgere valet. Et nō h̄z vñ reddat. q̄: in se nō inuenit p̄ q̄ō se a pct̄is soluat. Jussit ḡ euz dñs venūdari ꝛ vxorē ꝛ filios ꝛ oia q̄ hēbat reddi Vxor: pct̄oris stulticia ēt carnis voluptas seu cupiditas. p̄ h̄ ḡ significat ſm aug. transgressorem decalogi p̄ cupiditate ꝛ prauis opib⁹ tāq̄ vxore ꝛ filijs penas soluē debuisse: q̄ō ē p̄ciū ei⁹. Preciū eū venditi est suppliciū damnati. Hoc aūt vt ait

Crisostost.non ex crudelitate iussit ꝫ ex ineffabili affectione. Vult eñ terrere ꝓ has minas vt supplicet seruus ⁊ nō vendaꝫ.quod factū est.vnde subdit. Procidens aūt seruus ille ⁊c. Vbi notandū q̄ rex iste deus: vult rationē ponere et incipit ponere cū seruis suis in hac vita ⁊ in futuro iudicio particulari in morte: ⁊ postea vniuersali in vltia resurrectione.et in futuro quidem nullus ibi locꝰ penitētie vel misericordie ꝫ vt ait cyprianꝰ. Qualem te inuenit dñs cū vocat.s.ꝓ morte: talē iter et iudicat.de pe.di.j.nunqd. Et de impenitentibus mortuis dicit Gratianꝰ intelligi illud ps̄. non dabit deo placationē suam: ⁊ preciū redemptionis aīe sue laborabit in eternū.xiij.q.ij.§.verū. Hoc in p̄nti nunc rex iste incipit rōnē ponere cuz seruo obnoxio magno debito qñ infundens compunctionē transgressori oīm p̄ceproꝝ:ostendit ei multitudinē ⁊ grauitatem pctōꝝ.ꝓpter que iubz vt in scripturis patet ip̄m cū vxore mala volūtate ⁊ filijs opibus.s.suis ⁊ oībus potentijs vendi ⁊ reddi.i.exigēti ꝺ diuine iusticie in gehennā cruciari ꝓpter demerita sua. Qō intelligens peccator.s.iuste condemnandū.tñ ꝓfidens de regis hꝰ clementia in vita ista.ꝓcidit ad terrā se ꝓsternēs seruus iste humilians se et recognoscens se terraz ⁊ vt terrā datū serpenti ad comedendum: de demerito suo nō se excusat:sed rogat sibi misericordiā fieri ꝓmittens ꝓposito in futurū se satisfacturum. Vñ dicit.patientiā habe in me.s.expectando:et omnia reddā tibi.s.satisfaciendo. Est eñ satisfacere ſm Anſel.honorem deo debitū reddere que.s.peccando abstulit:dū.s.tempus in quo cōtinue ei seruire debuit male viuendo subtraxit. ꝫ faciendo postmodū opa satiffactiōis ad q̄ alꝫ nō tenebaꝫ:quasi recōpensat subtracta. Hiero.quisquis es ille q̄ tibi ꝓscius es alicuius erroris.quāto tpe erraſſe te nosti.quāto tpe deliquisti: tanto nihilominus tempore humilia teip̄m ⁊ satisfacito ei in penitentie ꝓfessione:qꝛ si te emēdaueris si te ipse coꝛrexeris:pius est dominus et misericors q̄ ⁊ vindictā temperet ei qui illam penitendo p̄uenit.de pe.di.j. Vnde aug. Magna misericordia dei vt ad solam ꝓmissionē pctā dimittat.i. ꝓpositum confitendi ⁊ satisfaciendi.de pe.di.j. Est aūt larga dei benignitas ⁊ clementia erga pctōres cōuersos ait Remigius.qñ sp patus ē p baptismū aut p pnīam pctā dimittere.vnde subdit. Miserius aūt dñs eius dimisit eum ⁊ debitū dimisit ei. Criso. Vide diuini amoris supabundantiā.petit seruus solius tpis dilationē. Ipse aūt rex maius eo quod petit dedit.s.dimissionē eius ⁊ cōcessionem totius mutui. Ideo aūt nō anteq̄ rōnē redderet debitum dimisit.qꝛ docere voluit a quantis debitis eū liberat: vt saltim ita ad conseruos mā suescioꝛ fieret.sed que postea fecit indigna fuere ꝓrioꝛibus.sequit eñ:egressus seruus ille. Criso. p hoc quod dicit egressus:ostendit q̄ nō pꝰ multum temporis sed confestim.adhuc in auribꝰ habentꝫ beneficiū in maliciā abusus est liberatōe ad nō sibi data. Nam inuenit vnū de cōseruis q̄ debebat ei centū denarios. Intrōq̄ inuenit peccatum ait Aug. In decem milibus talētis obnoxio ⁊ decem denarijs obligato:denarius eñ est nūerus legis.et decem decies centū:faciūt decem milia. Alterq̄ ꝺ est debitoꝛ. vterq̄ venie deprecatoꝛ Quis eñ homo ⁊ debitoꝛ est dei ⁊ debitoꝛē habet ꝓximū suū. Criso. Tanta est aūt differentia peccatoꝝ q̄ cōmittunt in hominē ⁊ q̄ cōmittunt ī deum: quanta est differentia decē denarioꝝ ⁊ decez milia talentoꝝ.magis aūt ⁊ multominus qō ptz ex differētia ꝓsonaꝝ ⁊ a paucitate peccātiū.hoie eñ vidente ⁊ desistim⁹ et pigritamur peccare ꝺo aūt vidente ſm vnūquemq̄ diem nō obsistimus sed agimus informidabiliter oīa ⁊ loq̄mur. Non hinc aūt solū apparent grauioꝛa pctā in deū ꝫ etiam beneficio quo sum⁹ potiti ab ip̄o.fecit eñ nos esse ⁊ oīa ꝓpter nos opatus est.aīam rōnalē inspirauit nobis.filiū suū misit.celum nobis apuit. ⁊ nos filios suos fecit. Nunqd ꝺ si vnaquaq̄ die moꝛeremur p illo.retribuerem⁹ ei aliquid dignū. Nequaq̄:sed et ꝺ rursus ad vtilitatē nostram pꝛtineret. Nos aūt ecōtrario in legibus eius offendimus. Sic ꝺ p debitoꝛem.x.miliū talentoꝝ designaꝫ ſm Remi.q̄ maioꝛa cōmittit in deū. p debitoꝛē ꝺo centū denarioꝝ q̄ minoꝛa cōmittit in ꝓximū. Sed ille seruus ingratus nō voluit p̄stare: ait Aug.qō illi indigno p̄stitū fuit. Sequit eñ Et tenens suffocabat eum dicens. Redde qō debes. Remigiꝰ.i.acrius insistebat: vt exigeret ab eo vindictam. Origē. Ideo vt arbitroꝛ suffocabat qñ a rege exierat. Non eñ suffocaret conseruū suum si nō exisset a rege. Et ꝓcidens cōseruꝰ ille rogabat eū dicēs. Patientiaz habe in me ⁊ oīa reddā tibi. Aug. Qō debeꝫ.et si benigne remittitur nō tñ iuste repetiꝫ. Peccat aūt q̄ vltra modū exigit debitū. xiij.q.j. vt iste q̄ ei q̄ tunc nō poterat soluere violentiam psone inferebat. Ille autē noluit.i.tenuit ꝓtra eum. Hunc animū vt supplicia illi vellet.sed abijt ⁊ misit illū in carcerē.i.ſm Remigiū magnam in iram exarsit vt ab eo vindictaz exigeret a q̄.s.recepit iniuriā qō est debitū x.denarioꝝ. Donec redderet debitū.i.ſm Remi. apprehenso fratre vindictam ab eo exigit de iniuria. Criso. Elide dñi charitatē ⁊ serui crudelitatē hic totalem solutionem accipit a dño.hic solā dilationem petebat a seruo.nec tamen ꝺ dedit.seqꝫ Videntes aūt conserui eius q̄ fiebant ꝓtristati sꝫ valde. Aug.ꝓ ꝓseruos intelligiꝫ ecclesia q̄ illum soluit ⁊ ligat. Vel ſm remigiū.conserui forte angeli sunt intelligendi vel p̄dicatoꝛes ecclesie. vel quicunq̄ fideles q̄ videntes aliquem fratrem remissionē pctōꝝ adeptū nō velle miserere cōserui sui:contristanꝫ de eius pditione. Et venerunt et narrauerūt dño suo. Narrare hoc dño suo ſm remigiū est doloꝛes ⁊ cōtritiones in suo affectu demonstrare. Tunc vocauit eum dominus eiꝰ.s.ꝓ sententiam mortis ⁊ ab hoc seculo migrare iussit ⁊ dixit ei. Serue nequā.oīe debitū ⁊c. Crisostomus. Quando debebat ei decē milia talenta nō vocauit eū nequam neq̄ est ei cōuiciatus sed misertus. Qñ aūt contra seruuz ingratꝰ est effectus tunc vocat eum nequā. Nonne opoꝛtuit ⁊ te mi-

sereri conserui tui sicut et ego tui misertus sũ. Augu. dimitte ꝛ dimittet tibi dimisi pr̃ꝰ. dimitte vl̃ postea. Nam si nõ dimiseris. reuocabo te ꝛ q̃cq̃d dimiseram replicabo tibi. de pe. di. iiij. Vbi etiaꝫ notandum q̃ seruus nullũ dedit responsuꝫ. q̃ sta tim post hanc lucem argumentũ excusatõnis ces sabit. Quia ergo beneficio nõ est factꝰ meliorꝝ. relinquit̃ vt pena corrigat̃. Et iratus tradidit euꝫ tortoribus. quod non dixit q̃ iussit eum venundari. s. esse iratum. quia illud non erat ire sed magis amoris ad correptionem. nunc aũt sententia supplicij ꝛ pene. Tortores dicunt̃ demões. quia semp ad hoc parati sunt vt aĩas perditas suscipiant et in pena eterne damnationis torqueãt. Remigius. Quousq; redderet vniuersum debitum ponit̃ ait Remi. finitũ ꝓ infinito. et est sensus. sp soluet ꝛ nunq̃ psoluet. ꝛ ideo sp penam luet. Cõcludit xp̃s. Sic faciet pater meus celestis vobis s. sicut isti seruo fecit dñs eius. Vñ aug. Qui diuini beneficij oblitus suas vult vindicare iniurias. nõ solum de peccatis futuris veniã nõ merebitur: sed que sibi fuisse dimissa gaudebat. ei imputabunt̃ ad penam. de pe. di. iiij. Et Grego. di. e. Ex dictis euangelicis constat: q̃ si id quod in nos delinquit̃ ex corde nõ dimittimus. ꝛ illõ rursus a nobis exigit̃. quod ꝓ pñiam dimissum fuisse gaudebamus. Vnde dicit: Si non dimiseritis vnusquisq; fratri suo ex cordibus vestris. Ex iniuria illata alicui tria solent oriri ſm ꝑe. scilicet rancor in corde. i. odiũ. et istud debz subito dimitti. i. nunq̃ haberi. Secundum est signum rancoris. vt vitatio loquele salutationis ꝛ hmõi. ꝛ istõ debet dimitti q̃n ꝓcipue ille iniurians petit veniã Terciũ est actio iniuriarum: et istud nõ teneꝫ dimittere nisi facta satisfactõne debita ¶ Et ex ista parabola mouet̃ qõ a theologis in quarto disti. xxij. ꝛ a canonistis de pe. di. iiij. ꝓ totum: vtꝝ peccata dimissa ꝓ pñiam: redeant ad aĩam ꝓ sequentem culpam mortalem: Et tã in tex. q̃ in glo. po nunt̃ plures opi. Sed beatus Tho. sup quarto. in dicta di. pfectius respondet ꝛ determinat simpliciter q̃ non redeunt. nec q̃ ad culpam nec quo ad penam: sed quo ad certum effectum ingratitudinis quã ꝓ illã ingratitudinem de venia habita pctõꝝ peccatũ sequẽs est grauius. ꝛ puniendum q̃uoꝫ pena q̃ si nõ eẽt illa circũstãtia ingtitudis ꝛ ſm istũ effectũ dicũt̃ pctã redirevt ĩ dict̃ caplis

Non solum aũt §. XIII

ꝓ ꝓabolas ſz ꝓ exẽpla ĩ vtroq; sexu oñdit ihs magnitudinem miseõie sue. ad pctõres penitẽtes: ꝛ primo in peccatrice: de q̃ solus Lucas ait. Rogabat iesum quidã phariseus vt mãducaret cũ illo Vbi primo notandũ q̃ ait apls. deꝰ cũ diues eẽt in miseõia sua ꝓpter nos egenꝰ factꝰ ẽ. vt nos sua pauptate ditaret. Cũ eñ esset dñs oĩm: filiꝰ hois nõ hz vbi caput suũ reclinet. nec domũ nec agrũ. sed paucas elemosynas sibi oblatas ꝓ necitatibꝰ suis ꝛ suoꝝ retinebat. Vnde paup inuitatus ab isto phariseo accessit ad prandiũ nõ ignorãs peccatricem venturã et melius sibi cõuiuiũ pñie ob-

laturã. Et ingressus in domũ pharisei discubuit. Grego. nizenus. Lucas plus medicꝰ aĩaꝝ q̃ coꝝ poꝝ. oñdit ihm deũ ꝛ saluatorẽ nostrum pñsime alios visitãtẽ nõ vt de diuitijs alioꝝ aliq̃d sortiatur sed vt impartiat̃ de iusticia ꝓpria. Et infra dicit̃ q̃ circuibat discurrens. Vñ Greg. nãzan. Vadit q̃ppe de loco in locũ nõ solũ vt plures lucret̃ sed etiã vt multa dedicet loca. Dormit et laborat vt somnũ ꝛ laborem sctificet. plorat vt dat precium lacrimis. predicat celestia vt audientes exaltat. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix. Cirillus. Mulier inhoneste vite ꝓmẽs aĩ fidelẽ affectũ venit ad xp̃m. quasi petẽtẽ veniã cõmissorũ largiri. Grecus. quatuoꝝ euãgeliste dicũt xp̃m vnctũ fuisse vnguẽto a muliere: Tres puto fuisse mulieres ex psonaꝝ q̃litate: ex mõ agendi ex differentia tpm. Johes quidẽ narrat de maria sorore lazari que sex dies aĩ pascha vnxit pedes iesu ꝓpria in domo. At math. postq̃ dixerat. Scitis: q̃ post biduũ pascha fiet. subdit q̃ in bethania in domo symonis leprosi mulier fudit vngentũ sup caput dñi. nõ aũt vnxit pedes vt maria. Marcꝰ matheo similiter. Lucas aũt non circa tps pascse sed in medio euangelij hoc refert. Cris. aũt binas asserit fuisse has mulieres. vnã q̃ tinet̃ in iohanne. alteraꝫ que a xp̃o ponit̃. Ambro. sub dubio ponit dicens. q̃ põt nõ cadẽ esse mlier que vnxit pedes ꝛ q̃ postea caput. ne sibi contrariũ euãgeliste dixisse videant̃. Põt etiã q̃ meriti ꝛ tpis diuersitate dissolui vt adhuc illa peccatrix: iam ista pfectior. Aug. de ꝓsensu euangelistaꝝ. eandẽ mariam bis hoc fecisse intelligendũ arbitror. Semel scz q̃ lucas narrauit. cũ ꝑmo accedens cũ humilitate ꝛ lachrymis meruit remissionẽ pctõꝝ. vñ et iob. cũ de lazaro resuscitato cepisset loq̃ ait. Maria erat q̃ vnxerat dñm vnguẽto ꝛ extersserat pedes capillis suis: cuiꝰ frater lazarus infirmabat̃. Q̃ aũt in bethania rursum fecit. s. ppe tps passionis. aliud est q̃ ad narrationẽ luce nõ ptinet. sed narrat̃ ab alijs tribꝰ. Greg. in omel. posit eandem esse et vnam mariaꝫ. s. magdalenã ꝑmo peccatricẽ. de qua lucas hic. postea cõuersam pfecte vnxisse caput ꝛ pedes in bethania. ꝛ sibi ꝑmo resurgens apparuisse ſm lucã marcũ ꝛ iob. Vnde et lucas ipe post narrationem huiꝰ hystorie. s. de quersione peccatricis lauantis pedes iesu lachrymis suis. immediate ponit q̃ discurrente iesu ad predicandũ sequebant̃ eũ mulieres plures inter quas erat maria magdalena de qua exierant septem demonia. q̃ ꝛ marcꝰ scribit ca. vlti. Vbi et beda sup Lucã dicit. q̃ ipa magdalena est illa eadem peccatrix cuiꝰ pñiam prius ꝛ immediate narraverat. et Grego. in omelia dicit. q̃ maria septẽ demonia hũerat. q̃ vniuersis vicijs plena fuit. Septenariꝰ. n. numerus vniuersitatẽ signat. Tho. i postilla sup iob. dicit. q̃ hiero. criso. ꝛ origenes tenent q̃ ista peccatrix de qua hic: non fuit maria magdalena sororꝝ Lazari. que postea vnxit ĩ Bethania pedes iesu vnguẽto. sed ꝛ alia cuiꝰ nomẽ non habetur. Grego. Aug. et Beda dicũt ynã eẽ ꝛ eandẽ. s. peccatricẽ mariã magdalenã sororem

instanti cum alio corpore. nec possit vnum corp⁹ trāsire per aliud nisi pcessionem ꝛ apparitōnem seu fractōnem: sicut cum corp⁹ hominis ambulat aer ei cedit: ꝛ sic de aqua cum quis natat. ideo cū xp̄c in corpe resurgens exiuit de sepulchro. vel nunc intrauit ad discipulos clausis ianuis fuit hoc per speciale miraculuz virtutis diuine ꝓtra ꝓsuetum cursum: vel vim nature. Stetit in medio discipulorum. Ideo in medio vt ab omnibus videretur ꝛ nullū ꝓtemnens: ne videret acceptator ꝓsonaꝝ si magis iuxta vnum q̄ alium cerneret. Et vt in virtutibus habitare ostenderetur que ꝓsistunt in medio. Dixit eis pax vobis. Grecus. Pudeat ergo nos pacis munus deserere: quam nobis Xp̄s hinc discedens relinquit. Pax ꝛ res ꝛ nomē dulce: quoniā ꝛ dei esse accepimus. Juxta illud: pax dei. Et eius esse deum: iuxta illud. deus pacis. Et ipsam esse deum: iuxta illud. Ipse est pax nostra. Pax bonum ꝓmendatum ab omnibus: obseruatum a paucis. Que aūt est causa: fortasse ambitō dominij aut facultatum aut luuor aut odium aut ꝓtemptus: aut aliquid hmōi ex his que dei ignaros videm⁹ incurrere. dei quippe p̄cipue pax est q̄ ꝓfederat omnia: cui⁹ nihil est a deo ꝑpr̄ium sicut vnitas nature ꝛ pacificus stat⁹. Transūmit vero ab angelis ꝛ diuinis potestatib⁹ que ad deū ꝛ ad inuicem pacifice se habent. Diffundit xo p totaz creaturam cui⁹ est decor ꝛ tranquillitas. in nobis autem manet. fm animā quidē p inuestigatōem virtutū ꝛ ꝓmunicatōnem: fm corpus xo. s. in mēbroꝝ ꝛ elemētoꝝ ꝓmēsuratōe: q̄ꝝ altez pulchritudo altez sanitas nūcupat. ꝟ ille. ꝛ sbdit. Ego sū. scz vester magister: vester dominus: immo et vester deus cui⁹ nomen est ego sum ꝑpr̄issimum: qz solus. s. immutabilis fm deitatem. Nolite timere Conturbati xo ꝛ cōterriti discipuli estimabant se spiritū videre. i. aliquod corpus fantasticuz ꝛ aereum. Turbari poterant ex eo q̄ ianuis clausis intraverat. Et quia p verbū pacis nō est sedat⁹ turbo in animab⁹ eorum: aliunde ostendit se esse filium dei qui mentis cognoscebat archana. vnō dixit eis. Qui turbati estis ꝛ cogitatōnes ascēdūt i corda vestra? Cogitatōnes bone vtiq; descēdūt in cor: quia a deo desup immittunt vt bona semina: sed cogitatōnes male ꝛ false ascendūt: quia a dyabolo vel sensualitate abinfra in cor ascendūt. vt male herbe e terra. ꝛ quia falsum erat quod extimabant. s. corpus xp̄i esse fantasticuz: ideo dicit ascendere hmōi cogitatōnes. Et cum hec dixisset ostdit eis man⁹ ꝛ pedes. i. signa clauorum: ꝓbans deuictam esse mortem: ꝛ humanā naturam iam in eo coruptōnez exuisse: ꝛ in eodem ipo suo corpore quod fuerat clauis ꝓfossum vere resurrexisse. Adiungit q̄z ꝛ aliud. s. palpationem dicēs. Palpate ꝛ videte. i. noscite. quia spiritus carnem ꝛ ossa nō habet. i. fantasma sicut plures defunctorum circa sepulchra videri sunt soliti: nō tamē habent carnem ꝛ ossa: sicut me videtis habere. ꝟ Gre. in moralibus. Non enim in illa resurrectōnis glia corpus nostrum erit impalpabile ꝛ ventis aereq; subtilius vt dixit Eutitius hereticus: sed subtile ꝑ effectum spūalis potentie: palpabile aūt p veritatem nature. Et cū h̄ dixisset: ostendit eis man⁹ ꝛ pedes ac etiam latus fm Jo. quib⁹. s. indita clauorum vestigia claruere ꝛ lancee. vt. s. ostēsa vulnerum cicatrice: dubietatis eor vulnus sanaret. Solent hic gentiles calumnia instruere ꝙ nō valuerit dūs vulnera sibi inflicta curare. Sed consequens est vt quia maiora fecisse ꝓbatur. s. resurgere: potuit ꝛ minora. s. signa mortis destruere vt cicatrices. Sed sibi ea reseruauit quintuplici ratione. ꝑut nota. in. iij. parte beati Tho. Exinde vt ait Jo. gauisi sunt discipuli viso domino. ꝛ sic impletur quod ante mortem p̄dixerat scz. Iterū vidēbo vos: ꝛ gaudebit cor vestrum. Aug. xxij. de ciui. dei. Claritas qua iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum vt ait xp̄c: in eius corpe cum resurrexit ab oculis discipuloꝝ potius abscondita fuisse q̄z defuisse credenda est. Non enim ferret eam humanus atq; infirmus aspect⁹. q̄ ille a suis deberet attendi vt possit agnosci. Quia xo vt ait Crisosto. ꝑlium inexpugnabile habebāt ad iudeos: rursus eis pacem annunciat dicens. Pax vobis. Beda. iteratio pacis: ꝓfirmatio est. Siue ideo repetit: quia gemina est virtus charitat⁹: vl quia ipse est qui fecit vtraq; vnum. Crisosto. Simulq; demonstrat crucis efficaciam ꝙ quam solvit omnia tristia ꝛ cōtulit omnia bona. et hec est pax. Et quia omnia ꝑhibentia sunt destructa: iō subdit. Sicut misit me pater. Grego. misit pater filium cum hunc p redemptōne humani generis incarnari constituit. Ita ꝛ ego mitto vos. Greg. id est ea charitate. vos diligo cum inter scandala ꝓsecutorum mitto. qua me pater charitate dilexit que me ad tolerandas passiones venire fecit. Augustin⁹. Equalem filium patri nouimus: sed hic verba mediatoris agnoscimus. Mediam quippe se ostendit dicendo. Ille me: ꝛ ego vos. Et vt oñdat eis. ait Crisosto. suam dignitatem ꝛ potestatem: sua auctoritate dat eis virtutem. vnde sequitur. Hec cum dixisset insufflauit in eos: dicēs. Accipite spm̄sctm̄. Crisos. Flat⁹ ille corpe⁹ sba spūs sancti nō fuit ꝟ demōstratō p ꝓgruā significatōez nō tm̄ a p̄se: ꝟ etiā a filio ꝑcedentē. s. s. Quis ei dem̄tissim⁹ diceret ait aug. aliū fuisse spm̄ quē insufflans dedit ꝛ aliū quē p⁹ ascensionē misit. Greg. Cur aūt p̄⁹ i ꝛra discipl̄is dat postea de celo mittit: nisi q; duo sūt p̄cepta charitat⁹. dilectō. s. dei ꝛ ꝑximi. In ꝛra dat spūs vt diligat ꝑxim⁹: ō celo xo vt diligat de⁹: p̄⁹a ꝓsistente dño i terra dat: postea de celo mittit: q; in ꝑximi dilectōne discit q̄liter pueniri debeat ad amorē dei. Quoꝝ remiseritis pctā remittunt eis ꝛc. Crisos. Nequaq; q̄s peccabit dicēs tūc eos suscepisse q̄ndā ptātez spiritualis gr̄e vt nō mortuos suscitent ꝛ vt miracla faciāt sicut i die penthe. ꝟ vt pctā dimittāt. Greg Sciendū ꝙ hi q̄ p⁹. s. s. hūerūt vt innocētes viuerēt ꝛ i p̄dicatōe q̄busdā ꝑdessent: idcirco p⁹ resurrectōez dñi patēter accepert vt ꝑdesse nō paucis ꝟ plib⁹ possent. Et hi vocati ñ solū ō semetipis securi sūt ꝟ etiā p̄ncipatū supni iudicij sortiūt vt vice dei q̄busdā pctā retineāt. s. ū absoluēdo. q̄bus/

dam relaxarent debite absoluendo Crisosto. Sacerdos si propriam bene dispensauerit vitam aliorum ꝺo non cum diligenti cura habuerit cum pnitiosis in gehennam vadit. Non autem iustum est ab his qui in principatu subijciunt iudicari: t si vita eorum fuerit valde detractabilis in nullo ledens in his q̄ sunt data a deo. Nō.n.sacerdos sed nec angelus neq; archangelus operari aliq̄d potest in his que sunt data a deo: ꝑ pater et filius t spiritussanctus omnia dispensant. sacerdos autem suā linguā t manū tribuit. h̄ ille. Et ad idem facit qꝺ ait amb. de pe. di. j. Verbum dei pctā dimittit. s. cū pfe t. s. s. t sacerdos est iudex. Sacerdos quidē officiū suū exhibet t nulli⁹ ptātis iura exercet. Que oīa intelligēda sūt vt cā pncipalis: t effectiua. Nā h̄ solū opat de⁹: vt de pse. dis. iiij. Nemo. Nā vt cā instrālis opatur minister sacri: nec p malū ministrū maculat virt⁹ sacri: vtz. j. q. j. Si fuerit. Sequit. Thomas aūt nō erat tūc cū eis. Adhuc aūt discipulis q̄ xp̄m videbāt (vt ait lucas) mirātib⁹ p̄ gaudio t aliquib⁹ nec pfecte credentib⁹. dixit ih̄s. Hētis aliq̄d qꝺ manducet. At illi obtulerūt ei ptem piscis assi t fauī mell. Qui assumēs comedit coram eis. Ubi notandū: q̄ xp̄us aliter comedebat mortal: aliter resuscitat⁹ īmortalis. Nā passibilis exīs cū comedebat vere comedebat digerēs cibū t in nutrimētū ptem ꝓuertēs vt alij hoies. Resuscitat⁹ ꝺo nō comedebat vt cibo egēs: sicut nec etiaz alia corpa glīficata comedent. qz nō egebūt. possent tñ si vellēt: ꝑ qz nollēt qz nō egebūt. Comedit xp̄c resurgēs ad oñdēduz plurimis modis veritatē resurrectōis ī corpe suo Et vere masticabat t deglutiebat ꝑ nō digerebat qz nutrimēto nō indigebat t inalterabile erat. resoluebat igit cib⁹ ī deglutiēdo in mām pīacentez seu ī vapores aereos. Dat exemplū Beda dicēs Aliter absorbet terra aquā sitiēs qz ꝓuertit in ipsam: aliter solis radi⁹ calēs. ille indigētia: iste potentia. nec aq̄ ꝓuertit in radiū solis vel vapor ille: ꝑ vtute ei⁹ in aerē resoluit. Partē piscis assi tē p piscē assum fm theophilū dēsignat vita actiua ꝓsumēs nr̄am hūanitatē. i. cupiditatē laborꝫ pueinis. Cōtemplatiua p fauū mellis ꝓpter dulcedinē eloquiorꝫ. Comestio ḡ vtriusq; ē incorporatō vite vtriusq; ī se. Et sumens reliquias dedit eis: fm Greg. t Bedaz signat piscis assus xp̄i hūanitatē. Ipe eñ latere dignat⁹ ē in aqs hūani generis capi voluit laqueo mortis: t assari igne passionis. Fau⁹ mellis. i. mel ī cera t diuinitas ī hūanitate. Hec offert suis comedēda p meditatōez. s. eorum mysteriorꝫ. Et dixit ad illos. Hec sunt v̄ba q̄ locutus sum vob tē. qm̄ necesse ē impleri oīa q̄ scpta sunt de me ī lege moysi ꝓphis t psalmis. Et tunc aperuit illis sensum: vt intelligerēt scpturas aug. illud attendāt q̄ magicis artib⁹ xp̄m tanta posuisse t nomen suum ad apostolos in se ꝓuertendos arte ipsa consecrasse delirant. Utrum potuit magicis artibus ꝓphetas diuino spiritu in terra anteq̄ nasceretur implere. Neq; enim si magicis fecit vt coleretur mortuus: magus erat anteq̄ natus cui ꝓphetando ventura gens yna ꝺeputata erat

Quoniam sic scriptum est ait tē. Et paulo post p̄dicari in nomine eius penitentiam t remissionem peccatorum in omnes gentes. Eusebius dictum ei erat. postula a me t dabo tibi gentes hereditatem tuam. Oportebat autem ꝓuersos ex gentib⁹ expiari a quolibet contagio t macula p ipsi⁹ virtutem: quasi ꝓaminatos ab errore demonum et vita execrabili t impudica. Post hec refert lucas q̄ eduxit discipulos suos ihesus foras ciuitatem hierusalem in bethaniam que erat in latere montis oliueti. Quibus apparens scilicet in die ascensionis eleuatis manibus ferebatur in celum benedicens eos. Qua pacta scilicz eius ascensione reuersi sunt apostoli in hierusalem. Et erant in templo benedicentes deuz. Sicq; lucas termīat euāgelium suum.

Octauo aūt die §. II.

sue resurrectōnis. vt refert Johes solus cum discipuli essent congregati. x. apostoli t Thomas qui t vndecimus esset cum eis. Nam in die resurrectionis cum sero apparuit Ihesus discipulis: Thomas non erat cum eis. Quo reuerso cum alij socij eius sibi retulissent quia viderant dominuz resuscitatum. Respondit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum et mittaz manū meam in latus eius: non credam. Ubi primo notandum. q̄ ideo non vidit Thomas ihesum quia nō erat cum eis quando venit. In quo arguitur talcite vicium singularitatis. Unde Bernhardus: ait. Quid dicis tu amator singularitatis: cōmunia loca. ꝓmunem vitam. ꝓmunes obseruantias: quid fastidis. Christus nascēs ponitur in medio duorum animalium: quia non erat ei locus in diuersorio. Resurgens stetit in medio discipulorum vt persona cōmunis: non diligens angulum duplicitatis vel singularitatis sed medium communitatis. Secundo considerandum est fm Grego. in Omelia. t. xxvij. questōne. ij. vbi dicitur. Sic quippe discipulum suum post resurrectōnem suaz dubitare permisit. nec in dubitatōne perseuerare voluit: sicut ante natiuitatem suam habere Mariam sponsum voluit: qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam sicut factus est discipul⁹ dubitans et palpans testis vere resurrectōnis. Sic sponsus fuerat matris custos integerime virginitatis. plus enim Thome infidelitas ad fidez q̄ fides discipulorum credentium profuit. quia duz ille ad fidem palpando reducitur nostra mēs omni dubitatōne postposita in fide solidatur. t mittam manum meam in latus eius. Crisosto. Alijs Thomas grossior existens: eam que est p sensum grossissimū scilicet tactum querebat fidem. Unde dicit. Et mittam manum vel digituz meum in locum clauorum. Veniens ergo Ihesus post dies octo ad discipulos ianuis clausis: post salutationem pacis dicit Thome. Infer digitum tuū huc et vide manus meas. Crisosto. Considera clemētiam dominatoris: qualiter et pro vna anima ostendit seipsum vulnera habentem: et accedit vt saluet vnum, t nimirū discipuli nūciantes digni-

erant fide ⁊ ipse ꝓmittens. Sed tamē q; pl⁹ thomas quesiuit: neq; hoc eū prauauit iesus. Nō autem statim apparet sz post octo dies: vt in medio a discipulis admonitus magis accedaꝯ ad mai⁹ desideriū ⁊ fidelio; in futurū ꝓmaneat: stetit iesus ⁊ nō expectat a thoma interrogari: sed vt oīdat cū loquebaꝯ ad ꝯdiscipulos q̄ aderat: eiusdē verbis vsus est.. ⁊ ꝓmo increpat vel improperat dicens. Infer digitū tuū. scōo erudit subdens: noli esse incredulus sed fidelis. Infer digituz tuū ⁊c. Aug. posset dns si vellet de corpe suscitato ⁊ glorificato omnē maculā cuiuslibet cicatricis abstergere sed sciebat q̄re cicatrices reseruaret: sicut eīm demonstrauit thome nō credenti nisi tangeret et videret: ita et inimicis suis mōstraturus est in fine: vt cōuincēs eos veritas dicat. Ecce homiem quem crucifixistis. agnoscitis latus qō pupugistis. qm̄ p vos ⁊ ꝓpter vos apertū est: nec tū intrare voluistis. Questio hic fit a modernis vtrū illa signa vulnerū que in christi corpore suscito remanserunt. sint cū carnis discōtinuatiōe seu aptura. Quibusdā dicentib⁹ q nō: alijs q sic. nec tū ex hoc sequiꝯ aliqua deformitas in corpore sed magnus decor ⁊ indiciuz virtutis. que opinio videꝯ magis fm lrām euangelij cū dicit. mitte manū tuam in latus meū. s. in apturā: vt dicit Tho. in tercia parte. Rndit Thomas ⁊ dixit. dns me⁹ ⁊ de⁹ meus. Aug. Videbat ⁊ tangebat hominez ⁊ ꝓfitebaꝯ deū quē nō videbat nec tangebat. sed p illud quod tangebat ꝓfitebaꝯ remota dubitatione quod nō videbat. vnde fm Theophil. q̄ paulus infidelis erat: post lateris tactuz optimū ſtheologum se ostendit. Nā duplicē naturā vnitamq; hypostasim xpi dixerat. Nam dicendo. Dns meus humanā naturā: subdēdo. deus me⁹. diuinaz confessus est: ⁊ vnū ⁊ eundē deū ⁊ hoiem. Dui iesus. Quia vidisti me. Aug. Quis dici posset nō ausum fuisse discipulū eū tāgere cuius se offerret tangendū: ⁊ ideo dixit ei. Quia vidisti nō q; tetigisti: tū hoc nō obstat intelligi q̄n etiā tangē poterit: vt palpando efficaci⁹ testificari valeret de veritate carnis resuscitate. Nā generalis q̄dāmodo sensus ē visus. i. q; ꝑncipalio; ⁊ acutio;: sumitur p qualibet sensatione fm vsum cōem loquendi. Et sic ḧ q; vidisti. i. q; tetigisti: credidisti. Grego. Cū fides sit de rebus non visis: quō thomas videns credidit. cum visio oꝑonaꝯ fidei. Rndit Tho. ⁊ si vidit humanitatē ꝓfessus est etiā diuinitatē quā videre nō poterat: ⁊ hanc credidit. Letificat aūt nos qō seqꝯ ait Greg. s. Beati q̄ nō viderunt scilicet etiam humanitatem et crediderūt s. vtrunq;. Quod inteligiꝯ si fidem nostram operibus seqmur. Ille eīm vere credit q̄ credendo exercet quod credit. Crisо. Et quia Johannes euāgelista ceteris euangelistis paucioza dixerat ideo subdidit. Multa ⁊ alia signa fecit iesus in conspectu discipulozum suoz que non sunt scripta in libro hoc. Sed nec alij euangeliste omnia scripserunt: sed que erant sufficientia attrahere ad fidez audientes. Nihi tamē videꝯ hoc dicere que fecerat signa post resurrectionem, ⁊ ideo subdit: in cō spectu discipulozum: cum quibus solis post resurrectionem cōuersatus est. Deinde vt discas quia non solum discipulozum gratia signa fiebant sed et nobis hec credere vtile ē. ideo subdit. Hec scripta sūt vt credatis qm̄ ihs ē filiꝰ dei. ⁊ vt credētes vitā habeatis in noīe eiꝰ. i. p ipm ipe eīm est vita.

Describit Johā §. III.

nes solus ⁊ aliam apparitionē xpi quo ad locum sed tempus non designat. Dicit eīm. Manifestauit se iterum ihs ad mare tyberiadis. dicit autem manifestauit se. q; fm Crisо. nō videreꝯ nisi condescenderet. s. suspendendo claritatem corporis sui glorificati. De domo iam exierant ⁊ in galileā ierant: piculum declinantes iudaicum. Quia ꝺo ait Crisо. neq; dominus cum eis ꝓtinue erat nec spiritus adhuc datus erat. s. copiose in pentechostes: neq; aliquid habebant. quia. s. omnia reliq̄rant artem piscatoziam tractabant. Existentib⁹ q̄ simul petro thoma Nathanaele filijs zebedei: id est iohanne ⁊ iacobo maioz ⁊ alijs duobus q̄ruz nomina reticenꝯ: dixit petrus. Vado piscari. cui illi. venimus et nos tecum. Cum eo exierūt ergo ad piscandū. Greg. in omel. Queri potest cur petrus q̄ ante conuersionem piscator fuit post resurrectionē ad piscationem redijt: cuz veritas dicat. Nemo mittens manū suam ad aratrū ⁊ aspiciēs retro: aptus est regno dei. Cui questiōi ipe respōdet de pe. dist. v. Negocium quod ante conuersionem sine peccato extitit: hoc repetere post cōuersionē culpa non fuit. Sunt eīm pleraq; negocia que sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Que ergo ad peccatum implicant: ad hec necesse est vt post conuersionem animus non recurrat. Hec ille. Et est intelligenduz ꝺ peccato mortali: vnde Matheus thelonearius post conuersionem ad theloneum non est reuersus. q; ars scilicet illicita: piscatoria licita. Illa autez nocte piscantes nihil prendiderunt. Mane autē facto stetit iesus in littore. sed non cognouerunt ꝺm̄ videntes. Qui ad interrogationem eius dicentes se nil prendidisse: iussit vt in dexteraz nauigij mitterent rhete. Quo facto comprehenderūt piscium multitudinem copiosam vt non possent rethe trahere pre multitudine eoz. Ex quo actu iohannes recognoscens dominum esse qui iusserat. dixit petro. Dominus est. Quod audiēs vt feruentio; sumpta veste quia nudus erat: vel q̄a non omnibus suis vestib⁹ indut⁹ misit se in aquā vt natando citius veniret ad iesum. Alij ꝺo venerunt in naui trahentes secū rethe. erat eīm ꝓpe litt⁹. Ascēdens q̄ petrus traxit rethe in terrā plenū magnis piscib⁹ centum q̄nquagintatrib⁹. nec ex tanta multitudine est scissum rhete. Descēdentes aūt viderunt prunas in terra ⁊ piscē suppositū ⁊ panē. que iesus miraculose sine p̄sciēti materia tunc fecerat vt deus. Augustinus. Mystice in captura piscium commendaꝯ ecclesie sacramentum. qualis futura est in vltima ratione mortuorum. Q; aūt septem discipuli fuerunt in illa piscatiōe suo septenario numero finem tpis significa-

cat vniuersum. Septem quippe diebus ꝛcuoluit tempus. Piscatores presidentes doctores ⁊ p̄dicatores sunt. Cum autem nox erat ante solis id ē xp̄i presentiam nihil ceperunt prophete. quia etsi vitam nationis israel corrigere conarent: illa tamen frequenter in ydolatriā labebat. ait Theophilus. Jesus in littore stetit. Aug⁹. littus finis ē maris ⁊ ideo finez significat seculi. sicut eñ hoc i loco qualiter in fine seculi futura sit: ita dñs alia piscatione significauit ecclesiam qualiter nunc sit vnde ibi iesus nō stabat in littore sed ascendēs in vnam nauim que erat symonis rogauit euz a terra reducere pusillū vt habet Luc. v. q̄ tunc mortalis erat. vnde in mari hic immortalis factus ex resurrectione ⁊ ideo in littore frmo nō in mari fluido. In illa piscatione nō mittunt rhetia in dexteram ne solos significent bonos: nec in sinistraz: ne malos tm̄: sed indifferēter ait laxate rhetia vestra in capturam. vt pmixtos intelligamus bonos ⁊ malos. hic aūt in dexteram mittit rhete vt significent qui ad dexteram ponendi sunt. s. soli boni. Illud fecit initio sue predicationis. hoc pt⁹ resurrectionem. signans illa piscatione quos nūc habebit ineternū completa in fine seculi mortuorum resurrectione. Illi qui ptinent ad resurrectionem vite. i. ad dexteram ⁊ inter christiani nominis rhetia doctrinam. s. euangelicā defigunt. nō nisi in littore. id est in fine seculi cum resurrexerit: apparebunt. Ideo nō valuerūt sic trahere rhetia vt in nauem refunderent quos ceperant pisces: quia nō sunt noti p̄ti ecclesie electi. habet autem istos dextros ecclesia post finem vite hui⁹ in somno pacis velut in ꝓfundo latentes: donec ad littus rethe ꝓueniat. Et quod in prima piscatione duabus nauiculis hoc isto loco ducentis cubitis tm̄ centum. ⁊ centum extimo figuratū ꝓpter vtriusq; generis electos circumcisionis ⁊ prepucij vl̄ fm Bedam p cubitos ducentos gemina charitatis virtuti exprimit. p dilectionē eñ dei ⁊ ꝓximi xp̄o appropinquam⁹. Piscis aūt assus est christ⁹ passus q̄ latere dignatus est in aquis humani generis ⁊ capi voluit laqueo mortis. Et qui factus est nobis piscis humanitate: extitit nobis panis reficiens ex sua diuinitate. quod totuz notatur p piscem assum ⁊ panem quem viderunt discipuli. apposita. Grego. Petro aūt sancta ecclesia est cōmissa. ipsi enim specialiter dictuz est. Pasce oues meas. Qō ergo postmoduz aperit in voce. hoc nunc significat in opere. Ipse eñ pisces ad solidi tatem pertrahit: quia ad stabilitatem eterne patrie fidelibus ostendit. Hoc egit verbis: hoc egit epistolis. hoc agit quotidie miraculorum signis. Et subditur. Plenum scilicet rhete magnis piscibus centum quinquagintatribus. Augustin⁹. In alia piscatiōe numer⁹ non exp̄mit tanq̄ illud ibi fiat qō p̄dictū est p ꝓphetā. Nūciaui mulipli cati sunt sup numerū. hic xo certus est numerus cuius reddenda est rō. nūerus eñ q̄ legē signat. x. est ꝓpter decalogum. cū aūt accedit ad legem gratie. i. ad lfam spūs quodāmodo denario additur septenarius. Septenario quippe numero signat spūssanctus ꝓpt. vij. dona ei⁹ ad quē sanctificatio ꝓpe ptinet. p̄mū. n. in lege sonuit sanctificatio in die septimo ysaias etiā eū cōmēdat ope vel mūere septenario. Cū itaq; legis denario spiritussanctus p septenariū numerum accedit fūt x. et septem. qui numerus ab vno vsq; ad seip̄m computatis omnibus crescēs ad centum. liij. puenit. Grego. Ducamus etiā p trigonū decem ⁊ septem ⁊ veniunt quinquaginta vnū. in quinquagesimo aūt anno cunctus ꝓpls quiescebat ab omni opatione. Ꝟ vera requies in vnitate est. Ubi vero scissura diuisionis est: ibi vera requies non est. Aug. Omnes ḡ ad gratiam spūssancti pertinentes hoc numero signant ad vitā resurrecturi eternam. Qui etiā numerus ter habet q̄nquagenarium numez: ⁊ iusup ipsa tria ꝓpter mysteriū trinitatis. q̄nquagenarius aūt multiplicatis septez p septem ⁊ vnius adiectione complet. Unus autē addit vt eos esse vnum sciamus. Non autē frustra dictū est q̄ erant magni. cū eñ dixisset dominus. Non veni legem soluere Ꝟ adimplere: daturus vtiq; spūm p quem lex posset impleri paucis xp̄is interpositis ait. Qui fecerit ⁊ docuerit sic homines magnus vocabit in regno celoz. In p̄ma piscatione rhete ꝓpter significata scismata rūpebat: hic xo q̄ in illa summa pace sanctoruz nulla erunt scismata. ptinuit ad euangelistaz dicere cū tanti essent. i. tam magni nō est scissū rhete. Parata piscatiōe dñs ad prandiū vocat dicens. venite ⁊ prandete. Aug. Piscis assus est christ⁹ passus. ipse est ⁊ panis qui de celo descendit. huic in corpora t ecclesia ad ꝓcipandū beatitudinē sempiternā. ꝓpter hoc dictū est. Afferte de piscib⁹ q̄s prendidistis nunc: vt oñs qui hāc spem gerim⁹: intelligamur. Grego. Et p hoc etiam q̄ septez discipulis vltimū ꝓuiuium p̄pat. eos tm̄ qui septiformi gratia spūssancti pleni sunt: futuros secum in eterna refectione denunciat. Septē q̄ppe diebus omne hoc tp̄s voluit ⁊ septenario numero p fectio designat. Refectio ḡ illa in futura resurrectione erit in pane diuinitatis. in pisce humanitatis xp̄i in piscibus hic captis. i. ex glia beatoꝝ et societate. et nemo audebat introgare discūbentū. tu q̄s es. scientes q̄ dñs est. Nulla eñ dubitatio vel ignorātia Ꝟ clara scia in supna patria. vel fm Crisō. hoc dicit iō. q̄ de reliquo nō similiē cōfidebant ei loqui vt prius: Ꝟ cuz silentio ⁊ reuerentia multa sedebant attendentes in eum. ⁊ formā quidem alteratā videntes ⁊ multa admiratōne plenam valde stupefacti volebāt interrogare Ꝟ formido in hoc q̄ sciebāt q̄ dñs est detinebat introgationē: ⁊ solū comedebāt q̄ eis dabat. Qō sūt dicit euangelista. Hoc tercio manifestat⁹ est iesus cū surrexisz. vt ait aug. nō refert ad ip̄as demonstratiōes: Ꝟ ad dies. nā ꝑma die. s. resurrectōis q̄n quies appuit. in octaua die itez exīte thoma cuz alijs. x. aplis. Tercio aūt. i. vna alia die istis piscātibus. Post hoc aūt prandiū dñs iesus instituit petrum rectorem ecclesie cū ait. pasce oues meas: de quo supra. exinde p̄dixit ei martyriū suuz. De iohāne aūt ipō. cuz petrus interrogasset. hic

autem quid respondit. Sic cū volo manere do/
nec veniam, ꝓpter qđ exit sermo iste int frēs. id ē
aplos q discipul⁹ ille nō morit. ſ hoc nō ē expo/
nenduz ad pſns. Sicqz termiat iohannes euāge/
gelista euāgeliū suū dicēs. Sunt multa alia q̄ fe
cit iesus q̄ si scribant p singula nec ipum arbitroz
mundū cape eos q̄ scribēdi sūt libros. qđ nō spa/
cio locoz̄ ait aug. credendum est mundū capere
non posse: sed capacitate legentiū comꝑhendi nō
posse. Vel ſm crisō. hoc referenduz est ad eius q̄
faciebat virtutem. sicut eñ facile est nobis loqui
ita et illi t multo facilius facere que volebat.

Octauā appari .§.III.

tionem describit solus matheus licet eñ ipse di/
cat de vndecim discipulis q iuerunt in galileam
que. ſ. erat altera ꝓuincia a iudea: tamen t plu/
res alij fuerunt. Nam ſm eusebiū. hec est eadem
aparitio de q̄ dic paul⁹. j. ad Corint. xv. q visus
est plusqz quingentis fratribus simul. inter q̄s et
principales erant vndecim apostoli. Et dicit ma
theus q iuerunt in galileam in montē quem con
stituerat illis iesus. id est in montem thaboz. Hec
est illa apparitio quā eis ꝓmiserat ante passionē
cum ait. Postqz aūt resurrexero precedaz vos in
galyleā. hoc etiam cum resuscitatus aparuit mu
lieribus in via euntibus nūciare discipulis resur
rectionem dixit. Nunciāte fratribus meis vt eāt
in galileam. Hoc t angelus cū ad monumentum
aparuit marijs dixit. Ecce p̄cedet vos in galile/
am ibi eum videbitis sicut predixit vobis. Ubi
Ambro. Hoc ꝙuenientius arbitroz qđ domin⁹ q̄/
dem mandauit discipulis vt in galilea eum vide
rent sed illis ob metum intra cōclaue residentib⁹
primum se obtulit. Grecus. Nec hoc est promissi
transgressio sed potius festinata ex benignitate ī/
pletio ꝓpter pusillanimitatē discipuloz̄. Postea
vo ꝙfirmatis discipuloz̄ animis vndecim eos in
galileam petisse. Q̄ q̄ lucas t iohannes solū vn/
decim scribant iesum aparuisse in hierusalē. Alij
duo in galileam ꝓperare t vniuersis discipulis t
fratribus apparere ſm Eusebiū. verioz in hoc so
lutio est. q̄ postqz in hierusalem latitantib⁹ semel
mel aut bis visus est ad eoz̄ consolationem: in
galilea vo non clam aut semel aut bis sed cū mul
ta potestate ostensionem sui fecit. prebens se eis
viuentē p⁹ passionē i signis multis vt luc. testat
i act. aplo. Vel ſm Aug. qđ ab angelo dictuz
est: precedat vos in galileam. prophetice accipiē/
dū est. galilea eñ interpretat trāsmigratio. In ga
lilea ergo ſm transmigrationis significationē in/
telligendū occurit: quia de populo israel trāsmi
graturi essent ad gentes. quibus apostoli predi/
cantes non crederent: nisi ipse dominus viam in
cordibus hoim prepararet. et hoc intelligit p̄ce/
dere eos in galileam. Scōm autem illud q̄ gali/
lea interpretatur reuelatio: non iam in forma ser/
ui intelligendum est: sed in qua est equalis patri.
quam promisit dilectoribus suis. Illa enim reue
latio tanqz galilea erit. cum videbimus eum sicu/
ti est. Ipsa etiam erit beatioz trāsmigratio ex isto
seculo in illam eternitatem. Unde ad nos veni/
ens non recessit et quo nos precedens non dese/
ruit. Eis ergo aparendo in galileam dicit Ma/
theus q adoꝛauerunt scilicet vt veruz deū t do/
minum eoz̄. quidam autem dubitauerunt. sci/
licet de veritate sue resurrectionis. Quod vt di/
cit Gregoꝛius. non tam ascribendū est in culpam
eoz̄ tarditati q̄z nostre future vtilitati. Minus
enim mihi pſtitit maria magdalene que cito cre/
didit q̄z Thomas qui diu dubitauit. quia dū du
bitans tetigit vulnus coꝛporis id est aperturam
lateris: a nobis abstulit dubietatez seu incredu/
litatem mentis. Ipsis autem apparens ait chri/
stus. Data est mihi omnis potestas in celo et in
terra. Non q̄ tunc in resurretōne fuerit sibi de no
uo collata omnimoda potestas sed ab initio con/
ceptionis sue. sed in resurrectione dicit sibi dataz
quia in ea et post eā manifestata est ista potestas
t dominium sibi omnium datum in celo et in ter/
ra. ſm morem scripturarum que dicūt aliquid fi/
ri cum illud manifestat fieri: vt dicit magister in
tercio sententiarum. Et sequitur. Euntes scilicz p
mundum discurrendo quod refertur ad tempus
post aduentum spiritussancti. docete omnes gen
tes. i. omne genus gentiū baptizantes eos in no/
mine patris t filij t spūssancti. id est dicētes. ego
baptizo te in nomine patris t filij t spirituſſancti
docentes eos seruare que mandaui vobis. i. ne/
cessaria ad salutem. ecce ego vobiscum sum vsq̄
ad consummationem secul. Vobiscum. ſ. ꝓ grati/
am vel ꝓ sacramētū eucharistie nō p pūtiā corꝑa
lē. et in hoc matheus finit euangelium suuz.

Nonam appari §.IIII.

tionem t decimā die ascensionis factas: narrant
marcus t lucas. ſ nonā marcus diffuse factā. ſ. in
cenaculo. dicit eñ. Recūbentibus. xj. discipulis.
ſ. in illo cenaculo vbi simul manebāt tūc posit⁹ iā
ad mensam cā comedendi t hoza erat infra terci/
am t sextā apuit illis ihs et exꝓbrauit incre/
dulitatem eoz̄ t duriciam coꝛdis. ſ. preteritam
vt thome t aliquoz̄ alioz̄: q̄ hic qui vide/
rant eum resurrexisse nō crediderāt vt patuit su/
pra de thoma. et ꝙuescens. ſ. cum eis vt verū coꝛ
pus suum oñderet t sic in fide resurrectiōis stabi
liret vt dicit lucas. in ꝓncipio actuū aplo. prece
pit eis a hieroſolymis ne discederent. ſ. post ascē/
sionē a hier'lem sed expectarent ꝓmissionē patris
quam audistis inquit per os meum tē. qđ etiā tā
git lucas in fine euangelij sui. et p⁹ prandiū factū
cū eis dixit vt refert marcus. euntes in mundum
vniuersum. ſ. post aduentū spūssancti tpe suo. p/
dicate euangelium oñis creature. i. omni natio/
ni hominum. vel ſm Gregoꝛiū. ho mini quia pti/
cipat de natura omis creature aliq uo modo. naz
esse habet cōe cum lapidibus: vegetari cum plā/
tis: sentire cū brutis: intelligere cum angelis. ıō
dī oīs creatura. Qui crediderit. ſ. vere habendo
opa eius. t baptizat⁹ fuerit actu vel ꝓposito: sal
uus erit. hic ꝓ grām t in futuro ꝓ gloriā. q̄ vo nō
crediderit ꝙdēnabit. ſ. ad mortē eternaz. nec a'iq̄

ignorantia potest excusare hominem quin pere/
at si nō credit que credenda sunt ⁊ fm eam fidem
viuat. parvuli aūt ⁊ si nō credāt actu ꝓpter defe/
ctum vsus rōnis. tamen habent fidē habitu rece/
ptam in baptismo sicut ⁊ gratiā ⁊ omnes v̄tutes
⁊ ideo saluant. extra de bapt. maiores. ¶ Signa
aūt eos qui crediderint subdit dns iesus: hec se/
quent. demonia ejicient. linguis loquent nouis.
serpentes tollent: ⁊ si mortiferum q̄d biberint nō
eos nocebit. sup egros man⁹ imponēt ⁊ bene ha/
bebūt. Hec signa seu miracla ad lr̄az sūt facta ab
aplis ⁊ multis alijs sanctis ad ꝓfirmationem fi/
dei quam p̄dicabant. Cum em̄ fm Tho. scōa se/
cunde fides sit de rebus que sunt supra lumē na/
turale intellectus. melius ꝓbari nō potuit q̄z per
opa supnaturalia que natura agere nō pōt sed so
lum virtus diuina: cuiusmodi sunt opa miraculo
sa. Hec em̄ aplī et alij sancti miracula faciebāt in
ꝓpria virtute sed dei. Ad literam. Omnes apo/
stoli ⁊ plures alij locuti sūt varijs lingnis ⁊ sic no
uis. i. insolitis: vt patet Act. ij. demonia eiecerūt:
vt ptz in legenda bartholomei ⁊ alijs multis. ser/
pentes abstulerunt vt symon ⁊ iudas quos ma/
gi adduxerant. Venenū iohannes euāgelista si/
bi ꝓpinatum ab aristodemo bibit: ⁊ nullam lesio
nem sensit. sup egros man⁹ imponentes: sanabāt
eos. Quinimmo ad vmbram petri transeūtis p
viam infirmi tacti ipsa vmbra sanabant: ⁊ mor/
tui plures ab eo ⁊ alijs resuscitati sunt. ¶ Signa
aūt ista; miracula nūc nō fiunt: etiam a sanctis ⁊
pfectis viris vel ita copiose ab omnib⁹ sanctis q̄/
uis nullo tpe in ecclesia defuerint in varijs locis:
q̄ vera ⁊ magna miracula fecerunt. Verū ex hoc
q̄ non fiant miracula a fidelibus: nō pōt inde ar/
gui eos nō vere credere. Nam miracula corpora
lia nēce fuit eo tpe copiose agi quo infideles ex eis
visis traherent ad fidem veram. sed postq̄z firma
ta est fides ⁊ multiplicit roborata miraculis plu/
rimis doctrinis sanctor exemplis pfectionis to/
lerantia martyrū: non est necesse ipsam amplius
ꝓbare. Et ponit Grego. exemplum de plantula:
que indiget irrigari cum paruula est vt radicet ⁊
cum fuerit bene radicata ⁊ augmētata nō vlteri⁹
irrigat q: immobilis extimat. Tamen miracula
ista spiritualiter adhuc a veris fidelibus fiunt. q̄
vtiq̄z sunt anime magis salubria facientis q̄z illa
materialiter facta. Verus em̄ christicola ejcit de
monia a se ⁊ ab alijs resistendo temptationib⁹ o/
bus ⁊ a primis orationibus ⁊ documentis ꝓpul
sando. Loquunt nouis linguis nō antiqs. i. ver/
ba ꝓferunt ad ꝓfitendum peccata sua non ad ex
cusandum: ad laudandum deum non seipos. ad
instructionem non ad malam suasionem. Serpē
tes tollunt dū mortiferas doctrinas heresim reji/
ciunt. venenū bibitum non eis nocet: q: malis ex
emplis que vident nō inficiunt vt illa sequant.
Sanant egros dum in necessitatibus spūalibus
vel corporalibus subleuant. Vtilius ergo est fa/
cere miracula spūaliter q̄z temporalit. Vñ aug⁹.
j. q. j. Teneamus vnitatem fratres. p̄ter vnitatez
scz charitatis etiā qui faciat miracula nihil est, et
post hec subdit de decima apparitione sed eā nō
explicat: sed dicit. Postq̄z locutus est hec: assum/
ptus est iesus in celū ⁊c. et sic terminat marcus su
um euangelium dicens. Illi predicauerūt vbiq̄z:
domino cooperante ⁊ sermonem cōfirmante sequē
tibus signis. ¶ Decimam ergo latius scribit Lu
cas Act. j. cap. ⁊ tangit circa finem euāgelij sui di
cens. q̄ eduxit eos iesus foras. s. hierusalez in be
thaniam. s. in montem oliueti. Vbi congregatis
apostolis ⁊ marijs ⁊ alijs discipulis apparuit. Be
da sup hunc passum ait. prime diei resurrectōis
eius coniūgit euangelista tacite nouissimum di/
em quo ascendit in celum dicens. Eduxit eos ⁊c.
⁊c. Primo quidem ꝓpter nomen ciuitatis q̄ do/
mus obedientie dicit. s. bethania. Qui. n. ꝓpter
inobedientiā puerson descendit ꝓpter obediēā
puerson ascēdit. Deinde ꝓpter sitū eiusdez ville:
que in latere montis oliuarū esse narrat. q: videli/
cet obedientis ecclesie dom⁹ in ipsius sūmi mon
tis xp̄i latere fidei spei dilectiōisq̄z sue fundamen
ta locauit. in hoc signat q: in celū cū xp̄o ascēdit
ex obedientia et pfectione v̄tutū oliueti mōte p̄i
pue miscōie ⁊ palmis victorie ꝫ tēptamēta. ⁊ in
be humilitatis. Et q̄ puenerāt illuc inqt Luc. j.
interrogabāt eū dicētes. Dne si in tpe hoc restitu
es regnū isrl. Quib⁹ rndit. Nō est vr̄m nosse tpa
vel momēta q̄ pr̄ posuit in sua ptāte. Vbi notan
dum q̄ triplex intelligit regnū isrl. s. temporale spi/
rituale ⁊ supnale. Et temporale quidem. i. dignitas
regalis tpalis in israel populo. s. iudeor inchoa/
ta est in saul de tribu beniamin. fm ꝓpter inobedi/
entiam suam translata adhuc eo viuente in Da/
uid q̄ erat de tribu iuda. In ea tribu pmanens re
gnū vsq̄z ad sedechiam vltimū regē de iuda. Li/
cet tpe roboam regnū totius populi iudeor sit
diuisum in duo regna. regnum. s. iuda quod cōti/
nebat duas tribus tm̄. s. iudam ⁊ beniamin: ⁊ ist̄
erat notabilius. q: apud eos summū sacerdotiz
⁊ templū hierlm ⁊ regnū q̄ dictū est in isrl ꝓtinēt
⁊. reliquas tribus q̄ ductū ē in captiuitatē regn
te Osee vltimo rege isrl a salmanasser rege assyri
orū: ꝓpter scelera eorum p̄cipue ydolatriam. nec
vnq̄z eductū de illa captiuitate. Regnū aūt iuda
ꝓpter iniqtates etiā suas ductū est i captiuitatē
a nabuchodonosor rege chaldeorū. nobiliores. s.
illius tribus iuda cū rege suo sedechia excecato.
⁊ vinculato in babilonē. ex q̄ ablatū seu interpo/
latum fuit regnū ipm isrl. i. ꝓli iudeorū. Reuersi
aūt iudeis a captiuitate babilonica in hierlm p li
cētiā cyri regis psarū tpe machabeorū. paulop⁹
iudas machabe⁹ sūpsit ducatū illi⁹ ꝓli. et multo
magis fratres eius Jonathas ⁊ symō. ducatu sit
et summo sacerdotio fungētes: cū essent de tribu
leuitica que frequenter mrimonia cōtrahebat cū
tribu iuda. Ex q̄b⁹. s. symone descendēs Alexād
ianeus regalē dignitatē i illo ꝓlo sibi assumpsit.
Sz paulop⁹ herodes alienigēa ipm regnū iudee
ab octauiano ipatore obtinuit. ⁊ demū ob rebelli
onē ad romanū ipiū cui tpe passiōis xp̄i tributa/
rij erāt i vltionē mortis christi innūeris mortuis
ex eis gladio peste fame q̄ residui fuerunt dispsi

sunt per orbem sed nunc in regnum ꝓsurrexerūt
Credunt tñ ipsi iudei messiam quem expectant
antichristum ꝙ christo suscipiētes q ipe sit eis re-
gnum temporale restituturus cui adherebunt. et
q discipuli christi credebant ⁊ vere ipm esse mes-
siam in lege ꝓmissum ⁊ ipe pluries eis locut⁹ erat
de regno suo: vt illud. Ego dispono vobis ⁊c. vt
edatis ⁊ bibatis in regno meo. qō intelligebāt sa
tis materialiter. ꝓpter qō et mater iohannis ⁊ ia
cobi eū rogauerāt vt sederēt secū in regno vn⁹ a
dextris ali⁹ a sinistris. Et ꝓpheta micheas dixe-
rat de messia. Ex te. s. bethleē exiet dux qui regat
ꝓplm meū isrl. ideo nūc isti interrogāt si debeat re
stituere regnū tale ꝓplo israel ⁊ sic liberare a ser-
uitute romanor. Et q hoc futurū est circa finem
mundi in aduentu antixpi a q nimis distabāt cuz
iā transierint mille. cccclvij. anni ab incarnatōne
xpi: ideo dixit eis. Nō est vestrū nosse tēpa vl' mo
menta q pater posuit in sua ptāte. Regnū spi-
rituale est virtus infusa seu gra q mediante deus
regnat in mentibus hoim. De q apls ad Ro. Re
gnū dei est iusticia. pax ⁊ gaudiū in spūsctō. i. que
habent ex gra spūssancti. Regnū istud hūit ꝑnci
piū in illo ꝓplo in abraā patre eius. vñ ⁊ dicebant
christo. Pater noster abraā est Jo. viij. a q denō-
minati sunt hebrei q̄si hic dicit pr fidei: q declī-
nantib⁹ ceteris cōsanguineis ei⁹ ⁊ cūctis nationi-
bus mūdi ad ydolatriā: in ipso solo ⁊ domo sua:
remansit fides ⁊ cultus vni⁹ veri dei. q etiā credi
dit ex se etsi centenario ⁊ sterili vxore filiū nascitu
rum. in q benedicerent oīs gentes. i. de semine
suo qō est christus. Credidit abraā deo ⁊ reputa-
tū est ei ad iusticiā vt dicit Ysa. xvij. i. ad iustifi-
cationē. Et fidē veram ex opibus ostendit in oībus
mādatis ei⁹ etiā durissimis vt de interfectiōe filij
obediendo deo: ex c⁹ filio. s. ysaac ort⁹ est iacob q
et isrl ab angelo nūcupat⁹ est. ⁊ ab eo noīe ꝓpls iu
deor dictus est isrl. qui dei cult⁹ ⁊ fides satis au-
ctus est tpe moysi. lege data vt ptz in ceremonia-
libus eius. Amplificat⁹ q̄z est cultus diuin⁹ in illo
ꝓplo tpe dauid ⁊ salomonis edificato magnifico
tēplo hierosolymis qō succensuz a chaldeis re-
patū fuit a zorobabel ⁊ neemia ⁊ alijs. ꝫ et postea
ꝓphanatū ab antiocho rege syrie: emundatum ⁊
purgatū fuit a iuda machabeo cū fratribus suis.
Hoc igit regnū spūale cū debuisset pfici xpo ad-
ueniente eis in lege ꝓmisso: cui omnes ꝓphe testi
moniū phibent inqt petrus in actib⁹: in eis defi-
cit hoc regnū. Nō discipulis xpi ⁊ fidelib⁹ eccle
primitiue exceptis: deciderūt a fide ⁊ vero cultu
dei ⁊ omni virtute. propter qō non regnat in eis
deus p grām sed dyabol⁹ p maliciā. Nec ꝓsurgēt
ad istud regnū spūale nisi post mortē antichristi.
Nam tunc videntes se deceptos ab ipso antixpo
puertent ad vesperam. i. in fine mundi ad veraz
fidem: ⁊ famem patientur vt canes. s. audiēdi ve
ritatem fidei ⁊ circuibunt ciuitatē ecclesie: ait ps.
Quia igit ⁊ istud erat distantius primo regno si
de hoc intellexissent regno spūali cū interrogarūt
dñe si in tpe hoc restitues regnuz israel. cōgrue re
sponsum est. Non est vestrū nosse tē. i. tale temp⁹

Tercium regnū est supernale in quo scilicz san
cti regnabunt cum christo: nō solū in anima sed i
corpore glorificati. Et tunc cantabunt omnes il-
lud Apoca. Redemisti nos domine deus noster
in sanguine tuo ⁊ fecisti nos deo nostro regnū et
sacerdotes. i. reges ⁊ regnabimus. Quod regnū
inchoatū est in xpi resurrectiōe glorificato corpo
re ei⁹. cuius resurrectio cā est affectiua ⁊ exēplaris
nostre resurrectionis que erit in fine mundi omni
isrl. Talis restitutio regni a nobis amissi in ꝑuari
catione ꝓmor⁹ parentū. Omni dico israeli non
carnali ꝫ spūali ꝝm interpretationē: interptat em
isrl videns deū. s. p fidē verā cū opibus. vt. s. imite
mur christū resurgentē moraliter quēadmoduz ait
apls. Sicut xps surrexit a mortuis p gloriā pris
in corpe. s. glorificato cū dotib⁹ claritatis. s. agilita
tis: impassibilitatis ⁊ subtilitatis: ita ⁊ nos fide-
les in nouitate vite ambulemus: habentes. s. cla-
ritatem sapientie: agilitatem obedientie: impassi
bilitatem ꝓstantie: subtilitatem ꝓscientie seu tem-
perantie. Si ergo intellexissent de hoc regno int-
rogare cum dixerūt. dñe si in tpe hoc ⁊c. ꝓgrue re
spōdit. nō est vr̄m nosse ⁊c. s. de fine mūdi seu vl-
tima resurrectiōe. q vt ait ihs: de illa die ⁊ hora
nemo scit neq angeli celor neq filius hois. s. vt
vobis reuelandū. Sicut em sol⁹ de⁹ nouit in sapi
entia sua initiū mundi ⁊ sua omnipotentia crea-
uit: ita ⁊ sibi soli reseruauit sapientie ⁊ potētie sue
mundi terminū. Et ꝓpterea inqt Tho. in. iiij. sen
tentiarū. Omnes q voluerunt determinate de fine
mūdi loq tps pfigendo falsi repti sunt ⁊ repient i
futur q hoc ꝓnūciāt. Postq aūt dixit. nō e vr̄m
⁊c. subdidit. Sz accipietis vtutē spūssancti sup-
uenient in vos ⁊ eritis mihi testes. s. passiōis resur
rectionis ⁊ mee diuinitatis. ⁊ hoc nō solū ꝑdican
do ꝫ ⁊ virtuose ꝓuersando. vñ Hiero. q̄tiens ali-
q̄d boni agimus totiēs deū cōfitemur. Et h̄ e illa
cōfessio de q discipulis ait. Eritis mihi testes i iu
dea ⁊ hierlm ⁊ vsq ad vltimū terre. xj. q. iij. Esti
māt. et vt dicit Luc. in fine euangelij. Eleuatis ma
nib⁹ beñedixit eis. Theophil⁹. Fortitan in h̄ vim
conseruatiuā influens eis vsq ad aduētū spūssci
⁊ fortassis instruens nos vt quotiens recedimus
benedictionib⁹ subditos deo cōmendem⁹. Orig.
Qui eleuatis manib⁹ bñd xit eis. sigt q decerat be
nedicētē quēcz ornatū esse varijs opib⁹ ⁊ arduis
respectu alior. sic. n. man⁹ tēdūt in altū. Criso. at
tēde h̄ q brauia repromissa aspectu subijcit. ꝓmi
serat q̄dē corpor resurrectionē a mortuis ipe sur
rexit ⁊ p. xl. dies discipl⁹ certificat. ꝓmittit etiā
q in nubib⁹ rapiemur i aera ⁊ h̄ ipe patefacit per
opa. vñ dic Lucas q ferebat i celū. ⁊ i actib⁹. vi-
dentib⁹ illi eleuat⁹ e. s. a tra sursuz ascēdēs in aerē
videntes aūt fuerūt nō solū apli ꝫ ⁊ alij discipuli
⁊ mariet ꝓmaxie mr ihu. eis. n. credēdū e q fuit p
nūciat⁹ dies ⁊ hora ascēsiōis. s. hora. vj. theophi.
Helyas q̄dē videbat q̄si assumi i celū: ꝫ saluator
ipe ꝑcursor oīm ascēdit i celū. appitur⁹ diuio con
spectui i sacro corpe suo. ⁊ iaz nra nā honorat in
xpo a q̄libet virtute angelica. Criso. Sed dices
quid inter est mea. q et tu in nubibus suscipieris

similiter. Nam corpus tuū cōnaturale est illi cor
pori. erit igit̄ t corp⁹ tuū tāagile q̄ possit transire
p aera. nā sicut caput ita t corpus. sicut principi
um ita et finis. et nubes suscepit eū in celū. non q̄
egeret auxilio nubis ꝑ vt oñdit̄ omis creatura ei
obsequi. Paulatim aūt ascendit p aera ꝑ cuz fuit
ita elcuatus a terra vt oculi eoz ampli⁹ videre ñ
possent: subito trāscendens omnes celos materi
ales absq̄ aptura vel scissura eoz miraculo diui
no. omesq̄ celos intellectuales id est ordines an
geloz omesq̄ celos ratōnalees aiaz seu creatu
rarū rōnabiliū iuxta illud ephe. iiij. Qui descen
dit ipse est q̄ ascendit sup omes celos. et pō. Ascē
dit sup cherubin t volauit: volauit sup pennas
ventoz. i. subtilitatē t sublimitatē aiarū. Assum
ptus est in celū inq̄t marcus t sedet a dextris dei
i. inequalitate patris requiescit fm suā diuinita
tem. fm vo humanitatē sedet a dextris. i. in poti
oribus gloie summū gradū ei⁹ tenēs. Sicq̄ ter
minat marcus euangeliū dicēs. qz illi. s. discipuli
p̄dicauer̄t vbiq̄. s. p⁹ aduētū spūssti dño coopan
tes fmonē cōfirmāte seq̄ntib⁹ signis. Postq̄ autē
ascendit ihs vt ait lucas in act. j. ca. ecce duo viri
i. duo angeli in forma viroz astiterunt iuxt̄ eos in
vestibus albis ad insinuandū festiuitatē etiā eor
rū. q̄ t dixerūt. Viri galilei q̄d statis aspicientes
in celū. q. d. nō expectetis q̄ nūc reuertat̄ ad vos
sed hic ihesus q̄ assumpt⁹ est a vobis sic veniet ad
iudicandū quēadmodū vidistis eū ascendentez
in celum.

Demū quātū .§.V.

ad passionē xp̄i de eius nc̄itate qz oportuit xp̄m
pati Luce vlt. t eius q̄litate qz i cruce ꝓpter mul
tas rōnes. qz sicut moyses exaltauit fpentē in de
serto: ita exaltari oportet filiū hoīs. ait ipe Jo. iij
t doloris xp̄i imensitate t multiplicitate iuxt̄ illō
Treñ. iij. O vos oēs q̄ transitis p viā attendite t
videte si est dolor sicut dolor me⁹. et ps̄. Reple
ta est malis aīa mea q̄tū ad ptē sensitiuā malis.
s. penaz ꝓ malis culparū nostrarū: t vita mea i
inferno appropinquauit. Et de eiusdē passionis
vtilitate seu virtute. ps̄. Exaltare dñe in virtute
tua. i. in cruce eleuare in vtute. i. fortitudie vl̄ mi
sericordia: t cātabim⁹ oze laudādo: psallem⁹ ope
imitando vtutes tuas inde in nobis secutas ex
ea: nō est hui⁹ opis explicare. Siliter q̄tuz ad
resurrectionē xp̄i quō resurrexit oportunabiliter
qz oportuit resurgē die tercia ait ipe luc. vlti. i. q̄/
mō fuit necessariū necessitate ꝓueniētie. t die ter
cia non aū vl̄ postea. t de hora dicit ps̄. Exurge
gloria mea. i. diuinitas que videbat̄ dormitasse i
passione nō defendēdo. exurge psalteriū. i. corp⁹
vbi sunt. x. corde. id ē organa decē potētiaz sen
sitiuaz exterioz t interioz: exurge cythara id est
anima. t respondet. exurgam diluculo: id est i au
rora profunda. Quomodo surrexit veraciter: qz
surrexit dñs vere t apparuit Symoni Luce vlti.
hoc ꝓbauit in multis argumentis apparens eis
ꝓ quadraginta dies: ostendēs se viuū testimoio
angeloz̄ testimonio hominum inimicoz custo
dientium sepulcrum. vt patet Mat. vltimo. mor
tuoz̄ q̄ resuscitati venerunt in sanctam ciuitatez
t apparuerunt multis: discipulozum suoz quibus
apparuit decies vt dictum ē supra. Testimoio eti
am gestoz eius: nam q̄ habēt idē corpus ostēdit
p signa plagarum crucis. q̄ haberet aiam veraz
cum potentijs: innuit q̄tum ad vegetatiuaz per
esum cum eis: q̄tum ad sensitiuā p visum audi
tum t tactum. q̄tū ad intellectiuam p expositio
nem scripturarū. Diuinitatē ostendit intrādo ad
discipulos ianuis clausis ꝓ speciale miraculū sue
diuinitatis. Quō surrexit integraliter: iuxta illd
Job. xij. Cum exaltatus fuero a terra. s. suscitar⁹
omnia trahā ad meip̄m: animas. s. de limbo edu
cendo: corpus de sepulcro viuificatum clauso ex
trahendo: sanguinem effusum in diuersis locis:
totū resumendo ad me. Aperturam tñ plagaruz
retinendo quintuplici ex causa: non ex impoten
tia: t cum magno decore t decētia. Quō surrexit
socialiter quo ad corpus t quo ad aiam. Naz vt
dicit Matth. xxvij. multa corpora sanctoz̄ surre
xerunt. s. christo resurgente: ipe enī dicit in Apo
calip. primogenitus mortuoz̄. s. resurgētiū: quo
ad animā qz omnes animas de limbo patrū ani
ma sua exeunte eduxit: Juxta illud Zacha. Tu
q̄z in sanguine testamēti tui. s. ꝯfirmatione eduxi
sti eos de lacu in quo nō erat aqua in limbo pa
trum. Quomodo surrexit virtualiter qz propria
virtute. s. deitatis sue. j. ad Corinth. xv. Crucifi
xus est ex infirmitate: sed viuit scz suscitat⁹ ex vir
tute dei. Virtualiter etiam quia ad vitaz immor
talem. ad roma. vj. Christus resurgens ex mor
tuis iam non moritur. Et cum dotibus corporis
gloriosi. s. cum claritate: agilitate impassibilitate
t subtilitate. Eccs. j. Orit̄ sol iusticie scz christus
deus noster in natiuitate: occidit in passione: ad
locū suū reuertit̄ in resurrectione: ibiq̄ renascēs
in ascensione: gyrat p meridiem in spūssancti im
missione. flectit̄ ad aquilonem in finali iudicij di
scussione. Sol autem habet claritatem t agilita
tem: quia velocissimus in motu suo: materie im
passibilitatem t subtilitatem: quia radius ei⁹ pe
netrat vitrum. Quomodo surrexit vtiliter: quia
cā nostre resurrectionis. vnde ait marthe Jo. xj.
ego sum resurrectio t vita. i. causa resurrectionis
Et Job. xiij. Scio q̄ redemptor meus. s. p passi
onem viuit. id est viuet per resurrectionem. t in
nouissimo die de terra surrecturus sum. s. ex vir
tute sue resurrectionis t exemplo. ad philip. Sal
uatorem expectamus dominum nostrum iesum
christum: qui reformabit corpus humilitatis no
stre configuratum corpori claritatis sue. Quo
modo surrexit moraliter. id est ad informandum
